

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Pro P. Sextio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

querelis quotidie aliquid tecum simul audiebam: nunc si meo, ne nihil tibi, præter lacrymas, queam reddere: quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Quid enim possum aliud, nisi morere? nisi stet? nūc te cum mea salute complecti? salutem tibi idem date possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen, quælo, retinebo, & complectar: nec me solum deprecatores fortunatum tuarum, sed comitem, sociumque profitebor: atque (ut spero) nemo erit tam crudeli animo, tamque inhumano: nec tam immemor meorum non dicam in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui à me misericordiam capitis divellat, ac distrahat. Nō ego meis ornatum beneficis à vobis deprecor, judices, sed custodem salutis meæ: non opibus contendeo, non auctoritate, non gratia: sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia; mecumque vos simul miserissimus, & optimus obsecratus parens, & pro uno filio duo patres deprecaatur. Nō liceat, judices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimi-

cis meis, his praesertim, quos ego pro vestra salute suscepimus, dare latitudinem, gloria: tibus vos jam oblitos mei: saluti: que ejus, à quo mea iaus est: interclusa est, hostiles existimare, nocte animum meum debilitate tum lucri, tum etiam metu commutata: vestra voluntatis erga me finire me, quod vobis fretus huic sapientiæ promisi, id à vobis ei per solvere. Teque, C. Flavi, oro, & obtestor, quimeorum consiliorum in consulatu focius periculorum particeps, rerum, quas gessi, adjutor fuisti, meque non modo salvum semper, sed etiam ornatum, florentemque esse voluisti: ut mihi per hos conserves eum, per quem me tibi, & his conservarum vides. Plura ne dicam, tue me etiam lacryma impediunt, vestrasque, judices, non solum meæ: quibus ego, magni metu meo, subito inducor in spem, vos eosdem in hoc conservando futuro, qui fueritis in me: quoniam tuis vobis lacrymis de illis recordor, quas pro me sapientiæ & multum profudisti.

M. TULLIUS CICERO

PRO

P. S E X T I O.

ORATIO TRICESIMA SECUNDA.

SYNOPSIS.

Quæstio, An P. Sextius vim commiserit. Accusator, M. Tullius Albinianus. Testis, P. Vatinius Patroni P. Sextii, Q. Hortensius & Cæcere. Acta Ciceroni anno 51, ubi, 697. Eventus. P. Sextius absolutus.

Si quis antea, judices, mirabatur, quid esset, quod pro tantis opibus recipi. tantoque dignitate imperii, nequaquam satis multe cives forti & magno animo invenirentur, qui auderent se, & salutem suam in dictum crimen offere pro statu civitatis, & pro communione libertate: ex hoc tempore miretur potius, si quem *boum* & *fortem* civem viderit, quam si quem aut timidum, aut subi potius, quam recipi. consilentem. Nam, ut omittatis de uniuscujusque casu cogitando recordari, uno aspectu intueri potestis, eos, qui cum senatu, cum bonis omnibus, remp. afflictam excitarint, & latrocino doméstico liberatant, incitatos, torpidatos, reos, de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dilectionibus: eos autem, qui omnia divina, & humana violant, vexant, perturbant, eventerint, non solum alacreis, latroque volitare, & sed etiam *voluntarios* fortissimos, atque optimis cibis periculum moliri, de se nihil timere. In quo cùm multa sunt indigna, tum nihil minus est ferendum, quam quod jam non per latrones suos, non per homines egestate, & sceleri perditos, sed per vos nobis, per optimos viros optimis cibis periculum inferre conantur: & , quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copiis delete non potuerunt, hos vestra *austeritas*, vestra religione, vestris lententias se opprellentes arbitrantur. Ego autem, judices, qua vocem mihi in agendis gra-

tiis, commemorando eorum, qui de me optimè sunt meriti, beneficio, est utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum periculis depellendis, iis potissimum vox has serviat, quorum opera & mihi, & vobis, & populo Romano restituta est. Et, quamquam à Q. Hortensio, clarissimo viri, atque eloquentissimo, causa est P. Sextii perorata; nihilque ab eo piatermissum est, quod aut pro repub. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum; tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum delusio videatur, per quem est perfectum, ne ceteris cibibus decet. Atque ego sic statuo, judices, à me in hac causa, atque hoc extremo dicendi loco, *pietatu* potius, quam defensionis: *querelæ*, quam eloquentia: *doloris*, quam ingenii partis esse insceptas. Itaque, si aut acrius egero, aut libetius, quam qui ante me dixerint: peto à vobis, ut tandem orationi mea concedatis, quantum & pio dolori, & justa iracundia concedendum putetis. neque enim officio conjunctior dolor ulius esse potest, quam hic meus, susceptus ex hominis, de me optime meriti, periculo, neque iracundia magis illa laudanda, quam ea, qua me inflammat eorum sceleri, qui cum omnibus salutis meæ defensoribus bellum fibi esse gerendum judicaverunt. Sed, quoniam singulis criminibus ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sextii, de genere vita, de natura, de moribus, de incredibili amori in bonos, de studio conservanda salutis communis, atque otii: contendamusque, si modò

L 1 3

id

1. P. Sextius. 2. Pal. sec. ac nonus, item Erfurd. & Genblac. hunc hominem semper appellant *testium*; ac etiam liber S. Vict. adeo ut sic rescribendum videatur: ut fecit P. N. fr. annoatum tamen Cl. Puteano scribendum *testium*; quoniam sit familia plebeia, scilicet eum notare patet.

2. *Sed etiam voluntarius fortissimus.*) Monuit Lambinus illud voluntarius non habere in aliquo missi, ideoque delendum parat. & vero abest aliquo: item Palatini, sed tamen cum compareat in eis quos habet nōne optimè, in pr. in lec. in nono, haud temere ei manus intulero.

1. Basile

id consequi potero, ut in hac confusa, atque universa defensione, nihil à me, quod ad vestram questionem, nihil, quod ad reum, nihil, quod ad remip pertineat, pratermissum esse videatur. Et, quoniam in gravissimis temporibus civitatis, atque in ruinis eius, atque afflita res publica P. Sextii tributatus est a fortuna ipsa coi locatus: non aggrediar ad illa maxima, atque amplissima prius, quam docuero, quibus initis, ac fundamento haec tanta lumbris in rebus laudes excitat sint. Parente P. Sextius natus est, judices, homo, ut plerique meministis, & sapiente, & sancto, & seruo: qui cum tribunis plebeis, primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset, reliquis honoribus non tam uti voluit, quam dignus videri. Eo auctoritate, duxit honestissimi, & spectatissimi viri, C. Albiniani: ex qua hic est puer, & nupta jam filia: ut dubius his gravissimis antiquitatis viris sic probatus fuit, ut utrique eorum, & carus maximè, & jucundus esset. Ademit Albino socii nomen mors filii, sed caritatem illius necessitudinis, & benevolentiam non ademit. Hodie si hunc diligat, ut vos faciliter potestis ex hac vel a similitudine ejus, vel sollicitudine, & molestia, judicare. Duxit uxorem, patre vivo, optimi, & calamitosissimi viri, filiam, C. Scipionis, clara in hoc P. Sextii pietas existit & omnibus grata, quod & Massiliam statim profectus est, ut sociorum videre; consulari posset, dubitibus recipit expulsum, in alienis terris jacentem, quem in majorum suorum vestigis stare oportebat: & ad eum filiam eius adduxit, ut illo imperato adspectu, complexaque, si non omne, at aliquam partem mortis lui deponeat: & maximis officiis de illius exhumatione, quoad vivit, & fita solitudinem sustentavit. Pressum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari, de provinciali in eo magistratu alpinianus: sed mihi ante oculos observatur res publica dignitas, quae me ad sece rapit, haec minora relinquere horatur. Quia hoc C. Antonii, collega mei, judices, fuit forte, sed societate consiliorum, meus. Impedior nonnullius officiis, ut ego interpres, religione, quo minus exponam, quam multa ad me detulerint, quanto ante providerit. Atque ego de Antonio nihil dico, prater unum: nunquam illum in illo summo timore, ac periculo civitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipso suspicionem, aut insitando tollere, aut disimulando ledare voluisse. In quo collega sustinendo, atque moderando, si meo in illum indulgentiam, coniunctam cum summa custodia recipit laudare vere solebatis: par prope laus P. Sextii esse debet, qui suum ita confulem observavit, ut & illi quiesceret bonus, & vobis omnibus optimus civis videretur. Idem, cum illa conjuratio ex latibris, atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret: venit cum exercitu Capuan: quam urbem, propter plurimas bellum opportunitates, ab illa impia, & icebrata

*1. Duebus hu gravisima antiquitate viris &c.) Ita malu cum Palli-
ert, quart, quinto, oct, & ed. ver. quam gravissimum quod in vulgata
nostru non agnoscetan voculum his, & poterat item deleri. interim
que frons l'ambit supponeris, duebus tri gravisima ac sanctissima virie.
2. Ademus Albina fore nomen.) Gembl. & S. V. Victoria eternam animam,
qui ali patre & Palat. nonus, in quo eternum, & non videat fortuitum
illud eternam.*

*3. Filium C. Scipionis.) Non vacat inquirere quo praenomine aliis vocetur hic Scipio, reddidi tamen ei *Caii* voluntibus Pall. Gembl. Erfurd.*
*... primis posterioribus placuit *Lucus*.*

item edit primis posterioribus placuit lucis.
4. *Vestibulo insperato adspicimus, amplexusque* Pal. tert. quart. quint. *ad felias,*
ab nubium displicetur q; cum & invenerim item in ed. antiquissimis.
lucum fui capiens. Pall. aliquot tentati nono p[ro]pterea con-

*S. Audomari suscitarunt. Pali. ab quo firmans nos patet
spicabamus. Genib. conspicabamus. editio princeps conspicitbamus.
S. Et inde M. Audomari. Sic Pal. pr. fec. nam test. quart. quint. me
conspicitbamus C. M. Ianuarium. quod nomen dem in*

*Julacum, ut nonus conspectus e. Merulanum, quod nomen sicut in
Gmel. & Erford. alluditque S. Victoris: suspicatur ab Merulanum
Gmel. oct. & inde Merulanum. adscriptumque al. M. Antum. & in iure
duo proposito ille C. Merulanus. nam & primitus eufi Merulanum exhib-
ebat. P. Manicus editit. Antum.*

P. Manius edidit ANTIQUARI.
P. *in maximam familiam.*) Serverum, interpretatur P. Manurius. at
ego, gladiatorum, qui ibi in ludo frequenter ut discimus, velex loco
hic pertinente. C. Cesari libro 1. Bell. civ. cap. 15. m.

manū & attentari suspicabamur : & inde M. Aufanum, tribunum militum Antonii, Capua precipitem ejecit, hominem perditum, & non obsecrè pīsanti, & in aliis agri Gallici partibus, in illa coniugatione veratum. Idemque C. Marcellum, cūm is non solum Capuam venisset, verum etiam se, quasi armorum studio, & in maximam familiam conjectisset, exterminandum ex illa urbe curavit. quā de causa & tum conventus ille Capua, qui propter salutem illius urbis consulatū conservatam meo me unum patrum adoptavit, huic pad me P. Sextio maximas gratias egit; & hoc tempore idem homines, nomiū committitro, coloni, decurionesque fortissimi, atque optimi viri, beneficium P. Sextii, testimoniū declarant, periculūmque dēcessu suo deprecantur. Recita, quādo, P. Sexti, quid deceverint Capuz decuriones, & utjam puerilis rā vox possit aliquid significare inimicis nostris, quidnam, cūm se corroborarit, effectura esse videatur. D E C R E T U M D E C U R I O N U M . Non recito decretum officio aliquo expressione vicinatis, aut clientelæ, aut hospitiis publici, aut amicentis, aut commendationis gratia: sed recito memoriam perfuncti periculi, predicationem amplissimi beneficii, systema officii praesentis, testimoniūm præteriti temporis. Atque illis temporibus iisdem, cūm iam Capuam metu Senatus liberasset, urbem senatus, atque omnes boni, deprehensi, atque opprēssi domesticis hisib[us], me boni, ex pericula maximis extraxissent: ego litteris eum Capua accessivis cum illo exercitu, quem tuū secum habebat. quibus hic littera lectis ad urbem confestini incredibili celeritate advolavi. Atque ut illius temporis atrocitatē recordari posset, ut dicta littera, & veteram memoriam ad timoris patrem cogitationem excitate. LITTERA CICERONIS, CONV. 115. Hoc adventu P. Sextii, tribunorum pleb. novorum, qui tum extremitis diebus consulatus mei, res eas, qui gesseram, vexare cupiebant, reliquaque coniugatione impetus, & conatus, sunt retardati. Ac, posteaquam intellectum, Catone tribuno pleb. fortissimo, atque opima cive, rempubl. defendente, per seipsum S. P. Q. R. inenarrabilem præfido tueri facile maiestatem suam, & dignitatem corum, qui laudem communem periculo suo defenserunt. Sextius cūm illo suo exercitu summa celeritate ei Antonium confecutus. Hic ego quid prædicem, quibus his rebus consulam ad rem gerendam evitantes? quorū stimulos adinoverit homini studiofo fortassis victoria, sed tamen nimium communem Martem, belique casum meuenient? longum est ea dicere: sed hoc breve dicam. Si M. Petellio non excellens animo, & amore etiā non praefansi in rep. virtus, non summa auctoritas apud initites, non mirificus usus in te militari existisset, neque iudiciorū ei P. Sextius ad excitandū Antronium, cohortandū, impellendum fuisset, & datus illo in bello esset hinc locus, neque unquam Catilina, cūm ē priuina Apennini, atque in viribus illis

8. Ut jam puerilie tua vox, &c.) Locum hunc muto, invito Gallicis, qui adhuc recubat plene vulgate scriptura, vixit; tanquam feliciter in puer effect vox virilis. fateor; sed item non tollitur, substituto somnis, quod omnia feruntur in Pal. non illo, in Genib. in Erford. libet extra controveriam. innocentissimis.

9. *Vicem officij praesentis.*) Lambinus recepit; nescio ejus emendationem, ~~parum~~ off. præter omnes libros, & non necessariò, quamvis ita autem.

10. Non excellens animo & amore reip. non prefanc, &c.) Reduci quod erat in olim editissim P. Manutio, in P. Victoriano; quibus similius accedit Pal. nonas, item liber S. Victoris; nudi quoq; sunt annis, unde tentabat Gulielmus; nra exc. animus & amor reip. non prefasci, quod non sprevit, nam infuse vulgata; non excellens animus & amore reip. pia-

Datus illo in bello opes hiemis locutus.) Sic malui distinguere cum Golicimio, quām ut est in hac tenuis vulgaris fuisse datus; illo in bello, quām infeliciter explicat P. Manutius.

illis emerserit, & que restaret integrum nactus, Italiz cal-
leis, & pastorum stabula præclaræ cepissem, sine multo san-
guine, ac si sine totius Italiz vastitate miserrima concidis-
set. Hunc igitur animum ad tribunatum attulit P. Sextius:
ut quæsturam Macedoniz relinquam, & aliquando ad hæc
propiora veniam. quamquam non est omitienda singula-
ris illa integritas provincialis, cuius ego nuper in Macedo-
nia vidi vestigia non pressa leviter ad exigui prædicatio-
nem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciæ tempi-
oram. Verum hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes,
& respectantes relinquamus. Adtributum, quia ipse
ad se jam dudum vocat, & quodammodo absorbet orationem meam, contento studio, cursuque veniamus. De
quo quidem tribunatu ita dictum à Q. Horrenso, ut ejus
oratio 2 non defensionem modo criminum videretur con-
tinere, 3 sed etiam memoria digna esset, uti, & reip. ca-
pessenda auctoritatem, disciplinamque præscriberet. Sed
tamen, quoniam tribunatus quidem totus P. Sextii nihil
aliud, nisi meum nomen, causamque sustinet, necessari-
o mihi de iisdem rebus esse arbitror, si non subtilius di-
spandum, at certè, judices, dolentius deplorandum.
Qua in oratione si asperius in quosdam homines invehi
vellem, quis non concederet, ut eos, quotum sceleris fu-
tore violatis essent, vocis libertate perfringem? 4 Sed
ut agam moderate, & huic portiū temporis serviam, quām
dolori meo. si qui occulēt a salute nostra dissentiunt, la-
teant, si qui fecerunt aliquid aliquando, atque idem nunc
tacent, & quiescent: nos quoque simus oblitio. 5 si qui se
offert in insolenter, & infectantur: quoad ferri poterunt,
perferemus; neque quemquam offendet oratio mea, nisi
qui se ita obtulerit, ut in eum non invassissem, sed incuruisse
videamur. Sed necesse est, antequam de tribunatu P. Sex-
tii dicere incipiā, me totum & superioris anni reipubl.
nausagium exponere: in quo colligendo, ac reficienda sa-
lute communī, omnia reperiuntur P. Sextii dicta, facta,
consilia, versata. 7 Fuerat ille annus in reipubl. magno
motu, & multorum timore, tanquam intentus arcus in
me unum, sicut vulgo ignari retum loquebantur, te qui-
dem vera in univerlam temp̄ traductione ad plebem futuri-
bundi hominis, ac perdit, mihi irati, sed multo acris
oī, & communū fatus inimici. Hunc vir clarissimus,
mihique, multis repugnantibus, amicissimus, Cn. Pompejus,
omni cautione, foedere, execratione devingerat,
nihil in tribunatu contra me esse facturum. At ille nefarius
ex omnium scelerum colluvione natus, parum se foedus

violaturum est arbitratus, nisi ipsum cauorem alieni pe-
riculi suis propriis periculis terruiset. Hoc tam, ma-
nemque bellum, vincitam auspiciis, alligatam more ma-
jorum, constrictam legum factarum catenis, & solvit in-
bito legum consul, vel, ut ego arbitrör, exoratus, vel
ut nemo putaret, mihi iurat: ignarus quidem certe, &
imprudens impendentium tantorum scelerum, ac malo-
rum, qui tribunus pleb. felix in evertenda rep. fuit nolis
suis nervis, qui enim in ejusmodi vita nervi esse potue-
runt, homini, fratrem, flagitiis, fororis stupris, omni
inaudita & libidine infamis? Sed fuit profecto quædam il-
la reipubl. fortuna fatalis, ut ille cœcus, atque aenescens tribunus
pleb. nancisceretur, quid dicam consules? hoccum ut ego
appellem nomine evertores hujus imperii? proditoris ve-
stre dignitarum? hostes honorum omnium? qui ad delen-
dum senatum, affigendum equestrem ordinem, exlin-
guenda omnia jura, atque instituta majorum, se illis fasci-
bus, ceterisque insignibus summi honoris atque imperii
ornatos esse arbitrabantur? Quorum, per deos immortales,
si nondum sceleris, valneraque inusta reipubl. vultis recor-
dari, vultum, atque incessum animi intucamini. facilius
facta corum occurrent mentibus vestris, si ora ipsa oculis
proposueritis. Alter unguentis affluens, calamistrata co-
ma, despiciens conscos stuprorum, ac veteres vexatores
xtatula suæ, piteuli, & foeratorum & gregibus inflatus,
atque percussus, olim ne Scyllæ illo axis glieri in freto
ad columnam adhaeret, in tribunatus portum perfuge-
rat. contemnebat equites Romanos, minitabatur senatus,
venditabat se operis, atque ab iis se ereptum, ne de ambitu
caniam diceret, prædicabat, ab iisdemque se, etiam, in-
vito senatu, provinciam sperare dicebat: eamque misera-
plus esset, se incolunem nullo modo fore arbitrabatur.
Alter, & di boni quām tater incedebat, quām truculentus?
11 quām terribilis aspectu / unum aliquem te ex barba
illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis,
columnum reipubl. diceret intueri. 12 vestitus asper è nostra
hac pupura plebeia, ac pñne fusca: capillo ita horrido, ut
Capua, in qua ipse tum 13 imaginis ornandæ causa duum-
viratum gererat, Sepiasiam sublatrus videbatur, nam quid
ego de supercilio dicam? quod tum hominibus non super-
cilium, sed pignus reipubl. videbatur. tanta erat gravitas in
oculo, tanta contractio frontis, ut illo supercilio reipubl.
tanquam Atlante cœlum, nūi videretur. erat denique hic
omnium sermo: EST T A M E N . cip. magnum, firmumque
subsidiū: habeo quem opponam labi illi, atque cene-

L 1 4 vultu

1. Sin istius Italiz & cœlestis.) Pal. nonus viiij. statu, cui voci attendet
aceps verborum minus frequentium. nam & heic ei quoque füss locu-
sus, si voluite exprimere Cicero's aleam Martis a cœlum. Ave enim con-
juncti perirent, siue corum adversarii damno id erat communī matri-
talis.

2. Non defensionem modo criminum vid. cœl.) Pal. nonus non agnoscit
vocabulum cœlum; neque requiritur.

3. sed etiam memoria digna efficiunt resp. cap. &c. præscribuntur.) Cuilibet
jam patet quid hæc aptiora sint hinc sententia, quam quæ de Turnebi
conjecturæ substituerat nobis Lambinus. sic autem refutat omnino in
Pal. nono & Erfi.

4. Sed ut agam moderate, & hinc.) Scribendum cum Pal. sec. ac nono:
sed ut quæ moderata, & quomodo item in prima editione, præterquam
quod ea ut quæ, ceteri nostri habent, si quæ moderata, & hinc.

5. si quæ se efficiunt insolentes & infirmates.) In nullo missi qui ver edid.
inveni illud insolentes, &c. habentque Pal. nonus, ac Gemblac. si qui ef-
ficiunt insolentes, neque aliter Erfurdi, nisi quid immisæ copula, & in-
firma. Palat. quid oī habent, si quæ se efficiunt insolentes. pr. quare
efficiunt insolentes.

6. Superiora anni resp. naufragium.) Non displices Turingici exem-
plaris scriptura, in resp.

7. Fuerat illi annus in resp. magis meus, &c. tanquam intentus.) Pall. o-
mnes heic mirè mortali sunt à l. bratis, præter nonam, exhibet, Fue-
rat illi annus, in resp. idelicet quam in magis meus, &c. intentus, siue illo,
tanquam, neque aliter S. Victoris, quam quid is, in resp. judices & quam in
magis meus, quid & in codice scripto Henrici Stephani, nisi quid: s. me-
su.

8. Salvit subi. l. gum.) Hæc est prima editionis lectio, neque secus

imprimi curavit Victorius, refracta in Pal. nono. ali. & habent scribi si-
bi eura legum. ali. & salv. subi. legum & inculci. Lambinus recipit conje-
cturam Turnebi, subi. leg. cœl. 12 de qua videantur illius Adver-
saria libro. XX. 4. 3.

9. Libidinis infamia?) Pall. oī. ed. vert. S. Vict. Erfi. Gembl. infamia,
quid iterum recipiuntur, nisi occurrit, in sanos nonquam effici
vise, & in quidem, quibus sanos longe antecant. & sic tamen habet quæ
defendat.

10. Gregoris inflatus atque perflatus.) Si primus editi, nam Pall.
nisi non habent illud, atque perflatus, excepto nono in quo atque com-
pulsus quomodo etiam extrahit in S. Victoris. Galilieinius conjecturat inulta.
ego vulgatam interpres, tanquam primo fuerit inflatus ab illis scé-
toribus, sed tandem deseruit. & p. solet fieri, siem ducem suum ueri
nequeo iis. Satagi. exemplum videatur apud Tullium in Quintiana
cap. 22. proemio: item Verina cap. 4. 4.

11. Quam terribilia aspera.) Ita missi nostri omn. & olim impressi non
ut hodie, terribili aspera.

12. Ufficiis aspera: nostra hac.) Est à missi. nostris & quondam editis,
nam posteriores aspera.

13. Imagina stranda cœfa.) Conjecit ita quondam Turnebus, sed
non sicut auctoritate Palatini non ualiit enim, tota haec ratione ni-
hil habent historicum, nihil nisi quod liquido adsequebantur librarii.

14. Usq; ille superciliosus, tanquam Atlante cœlum, nisi videretur.) Lectio
sic dicitur: neque melior esquam substituit Lambinus, primo edid. habent
ut ille superciliosus, tanquam illi nisi tanquam videretur, qua nihil recedunt
missi. nostri, nam Pal. nonus exhibet superciliosus vel atlantis cœlacnis, ille
nisi tanquam videretur, videatur Turnebus libro xx. Adversi, nam ego
heic nihil video, nisi latere anacharsis, adspicere rei propositi qui potest.

vultu medius fidius collega sui libidinem, levitatemque franget, habebit senatus, in hunc annum quem sequatur: non deerrit auctor, & dux bonis. mihi denique homines præcipue gratulabantur, quod habiturus esse contra tribunum pleb. furiosum, & audacem, cum amicum, & affine, tum etiam fortis, & gravem confulem. Atque eorum alter fecellit neminem, quis enim clavum tanti imperii tenet, & gubernacula reipub. tractare in maximo cursu, ac fluctibus posse arbitratur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum, ac stuprorum & vi-
no, ganeis, lenociniis, adulteriisque confectum? cum is
præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset?
qui non modò tempestatem impudentem intueri tem-
lentus, sed ne lucem quidem insolitam adspicere posset?
Alter multos planè in omneis partis fecellit. erat enim
hominum opinio, nobilitate ipsa, blanda conciliatrix,
commendatus. Omnes boni semper nobilitati favemus, &
quia utile est reipub. nobleis homines esse dignos majori-
bus suis, & quia valet apud nos, clarorum hominum: &
bene de rep. meritorum memoria etiam mortuorum.
Quia tristis semper, quia taciturnum, quis subhorridum,
atque incultum videbant, & quod erat e nomine, & ut in-
generata familia frugalitas videtur: favebant, gaude-
bant, & ad integratorem majorum, specia hominem vocabant, materni generis oblitii. Ego autem (verò hoc di-
cam, judices.) tantum esse in homine sceleris, audacia,
eruditatis, quantum ipse cum rep. sensi, numquam
putavi. nequam esse hominem, & levem, & falsa opinio-
ne, errore hominum, ab adolescentia commendatum,
sciebam, etenim animus ejus vultu, flagitis pariteribus te-
gebantur: sed hoc obstrucio, nec diuturna est, nec obdu-
cta ita, ut curiosi oculis perspecti non possit. Videbamus
genus vita, desidiam, inertiam: inclusa ejus libidine,
qui paulo propius accesserant, intuebantur. denique eti-
am sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus
tenere possemus. Laudabat homo doctus philosophos ne-
scio quos: neque eorum tamen nomina poterat dicere: sed
tamen eos laudabat maximè, qui dicuntur præter ceteros
esse auctores, & laudatores voluptatis: cuius, & quo tem-
pore, & quo modo, non querrebatur. verbum ipsum omni-
bus modis animi, & corporis devorabat: coldemque pre-
clarè dicere aiebat. SAPIENTIA OMNIA SVA CAVSA
BACER: temp. capessere hominem bene sanum non ope-
tere: nihil esse praestabilius otiosa vita, & plena, & con-
ferta voluptatibus: eos autem, qui diceant. DIGNITATI
BSSE SERVENDVM, rep. consulendum, officii ratione-
in omni vita, non commodi, esse ducendam, subeunda
pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppre-
tendam: vaticinari, atque insipite dicebat. Ex his assiduis
ejus, quotidiamque sermonibus, & quod videbam, qui-
buscum hominibus in interiora aedium parte viveret, &
quod ita domus ipsa sumabar: ut inulta epis. sermonis in-
dicia redolenter: statuens sic, boni nihil ab illis nugis ex-
spectandam, mali quidem certi nihil pertimescendum.
Sed ita est, judices, ut, si GLADIUM parvo puro, aut si
imbriello sibi, aut debili dedeatur, ipse impetu suo nemini
noceat: sin ad nudum vel fortissimi viti corpus accesserit,
possit acie ipsa, & ferri viribus vulnerari: ita cum homini-
bus encivatis, atque exsanguibus, confulatus, tanquam
gladius, esset datus: qui per se pungere neminem um-
quam potuerint, hi summi imperii nomine armati remp-
concurcidaverunt, foedus fecerunt cum tribuno pleb. pa-

lam, ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent, ex-
cicum, & pecuniam, quantum vellent, ea lege, si ipsi prius
tribuno pleb. sibi afflictam & constrictam rempt. tradidissent.
id autem fadus meo sanguine iulum sancti posse dicebant.
Qua re paterfacta (neque enim disimilari tantum felix
poterat, nec latere) promulgantur uno, eodemque tempore
rogariabat ab eodem tribuno de mea pernicie, & de pro-
vinciis consulium nominatim. Hic tum senatus sollicitus,
eques excitati, Italia cuncta permoia, omnes denique
que omnium generum, atque ordinum cives summe reipu-
li consulibus, atque à summo imperio petendum esse auxi-
lium arbitrabantur, cum illi soli essent, præter furiosum
illum tribunum, duo recip. turbines, qui non modò precipi-
tant patriæ non subvenirent, sed etiam nimis tardè concidere micerent. Flagitabatur ab his quotidie cum
querelis bonorum omnium, tum etiam precibus senatus, ut
meā causam suscipient, agerent; aliquid denique ad
senatum referent. hi non modò negando, sed etiam in-
dendo, amplissimum quemque illius ordinis inequeban-
tur. Hic subito cum incredibilis in Capitolium multi-
tudo ex terra urbe, cunctaque Italia convenient: reli-
mutandam omnes, meque etiam omni ratione, prius
confito (quoniam publicis ducibus resp. carceri), defendendū putarunt. Erat eodem tempore senatus in aede Concordiæ quod ipsum templum representabat memori-
am consulatus mei, cum stans universus ordo cincinnati
consulium operabat: nam alter ille horridus, & severus
confitio se domi continebat. Quia tum superbia coenū
illud, ac labes, amplissimi ordinis preces, & clarissi-
morum civium lacrymas repudiavit: me ipsum ut con-
tempsit heluo patris: nam quid ego patrionii dicam, quod
ille cum quasi questum faceret, amisi? Cum venissem ad
senatum, vos, inquam, equites Roman, & omnes boni ye-
ste mutata, vos, inquam, pro meo capite ad pedes lenonis
impurissimi projectis, cum vestris precibus à latrone illo
repudiatis, vir incredibili fide, magnitudine animi, con-
stantia, & L. Mummius, ad senatum de rep. retulit. Sen-
tusque frequens vestem pro mea salute mutandam ce-
sauit. O diem illum, judices, funestum senatus, bonisque
omnibus: rep. luctuolum: mihi ad domesticum moro-
rem, gravem: ad posteritatis memoriam, gloriosum! Quid
ENIM quisquam potest ex omni memoria sumere illu-
strius, quam, pro uno cive, & bono omnis privato con-
fuso, & universum senatum publico consilio mutasse ve-
stem? qua quidem tum mutatio non depreciationis causa
est facta, sed iustus, quem enim deprecarentur, cum omnes
essent folidati? cumque hoc fatus esset signi, esse impro-
bum, qui murata ueste non esset? Hac mutatione velis fa-
cta, tanto in luctu civitatis, omitti quid ille tribunus,
omnium rerum divinarum, humanarumq[ue] prædo fecerit:
qui adesse nobilissimos adolescentes, honestissimos
equites Roman. deprecatores salutis meæ fuisse, eosque
operarum suarum gladiis, & lapidibus obseceri; de con-
sulibus loquor, quorum fide rep. utili debuit. Examinitus
evolat ex senatu, non minus perturbato animo atque vul-
tu, quam si paucis ante annis in creditorum conveniū
incidenter: advocat concionem: habet orationem ialem
confus, qualē numquam Catilina vitor habuisset. EX-
RARE homines, si eram tum senatus aliquid in rep. posse
arbitrarentur: equites verò Roman. daturos & illius dies
poenas, quod me confuse, cum gladiis, in clivo Capitoliō
fuissent: venisti tempus iis, qui in timore fuissent, (con-
juratos.

1. Et bene de repub. meritorum.) Editio vetus, item Gemblae. S. Vick.
Pall. etc. & senex de repub. meri.

2. Vi ingenia sua familia singulata: Pal nonus & Gemblae. item edd.
versamia, unde Guelmias faciebat a familia.

3. Affiliam & confitiliam rempub.) Ita Pal. nonus, Erford. Gembl.

nam Henr. Stephani liber, circumscripsa, vulgatæ deear illud, & confi-
tum.

4. L. Mummius.) Nescio istud ne sit in Pal. nono, an vero Nescio,
quod haec in S. Vickoris: adeo litteræ sunt dubiae.

5. Illius dies præsus.) Sic citat hunc locum Agell. lib. ix. cap. 14.
in Nescio.

furatos videlicet dicebat) ulscendendi se. Si dixisset hoc solum, omni suppicio esset dignus, nam ORATIO ipsa confulis perniciofa, potest rempubl. labefactare, quid fecerit, videat. L. Lamiam, qui tam me ipsum pro summa familiaritate, qui mihi cum fratre, cum patre eius erat, unicè diligebat, tum pro republ. vel mortem oppetere cupiebat, in concione telegavit: edixitque, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta: quod claret auctor pro civi, pro bene merito civi, pro amico, pro republ. depeccari. Quid hoc homine facias? aut quo civem importunum, aut quo potius hostem tam sceleratum reserves? qui, ut omittam cetera, quæ sunt ei cum collega immanni, impuroque coniuncta, atque communia, hoc unum habet proprium, ut expulserit ex urbe, relegarit, non dico equitem Romanum, non ornatissimum, atque optimum virum, non amicissimum reipubl. civem, non illo ipso tempore una cum senatu, & cum bonis omnibus casum amici, reiisque publ. iugementum: sed civem Romanum sine ullo judicio, nisi editio ex patria consule ejetur. Nihil acerbius socii Latinis ferre solent, quam id quod perraro accidit, ex urbe exire à consulibus uberi. Atque illis tum erat redditus in suas civitates, ad suos lares familiares: & in illo communi incommmodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim eadebat. Hoc vero quid est? exterminabit cives Romanos editio consul à suis diis penitibus? expellet à patria? diligit quem volet? damnabit, atque ejicit nominatim? hic, si umquam vos eos, qui nunc celi in republ. fore putasse, si denique *imaginem* judiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidist, ut umquam aulus esset senatum de republ. tollere? equitum Romanorum preces aspernari? ciuium denique omnium, novis, & inauditis editiis ius, libertatemque pervertire? Etsi me attenuissimus animis, summa cum benignitate auditis, judices: tamen vereor, ne quis forte vetrum miretur, quid hæc mea oratio tam longa, ac tam altè repetita velit, aut quid ad P. Sextii causam, eorum, qui ante hujus tribunatum remp. vexatam, delicta pertinente, mihi autem hoc propositum est ostendere, omnia consilia P. Sextii, memen- que torius tribunatus hanc fuisse, ut afflcta, & perdita reip. quantum posse, mederetur. Ac, si in exponentis vulneribus illis, de me ipso plura dicere videbor, ignorare, nam & illam meam cladem vos, & omnes boni maximum esse reipubl. *vulnus* judicatis: & P. Sextius est reus non suo, sed meo nomine: qui cum omnes vim sui tribunatus in mea salute consumiserit: necesse est meam causam præteriti temporis cum hujus praesenti defensione esse conjunctam. Erat igitur in lucta senatus: qualebat civitas, publico consilio mutata veste: nullum era Italia municipium, nulla colonia, nulla prefectura, nulla Roma societas vestigium, nullum collegium, aut concilium, aut omnino aliquod compigne consilium, quod tum non honorificet: iussimè decretivisset de mea salute: cum subito edicunt duo consules, ut ad suum vestrum senatores redirent. QVIS V. M. Q. V. A. M. consul senatum ipsius decretis parere prohibuit? quis tyrannus miseros lugere vetus? Parvum est, Piso, ut omissam Gabiniom quod tantum homines feceristi, ut negligenter auctoritatem senatus? optimi cuiusque consilia contemneres? republ. proderes? consulari uomen affigeres? etiamne edicere audeas, ne morentur homines meam, suam, reipubl. calamitatem? ne hunc suum dolorem ueste significarent? live illa uestis mutatio ad luctum ipitorum, sive ad depicendum valebat.

quis umquam tam crudelis fuit, qui prohiberet quemquam aut filios manere, aut ceserū supplicare? Quid? sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent? pro te ipso, Piso, nemone mutavit? ne illi quidem, quos legatos non modò nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu, tute tibi legasti? Ergo hominis delictati, & proditionis reipubl. casum lugebunt forasque qui volunt: eis florentissimi benivolentia bonorum, & optimè de salute patriæ meriti, periculum, conuentum cum periculo civitatis, lugere senatus non licet? Idem consules, (3 si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex factis & evellos putet) pafato jam feedere provinciarum, producti in circa Flaminio in concionem ab illa furia, ac peste patriæ, maximo cum gemitu vestro, illa omnia, quæ rum contra me, contraque temp. dixerat, voce ac sententia sua comprobaverunt. Idem consulibus sedentibus, atque inspectantibus latræ est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet: ut omnibus fastis diebus legeim ferri licet: ut lex Aelia, lex Fusia ne valeret, qua una rogatione, quis est, qui non intelligat, universam republ. esse deletam? Idem consulibus inspectantibus, servorum delectus habebatur pro tribunali Aurelio, nomine collegiorum, cum vacatis homines conscriberentur, decurierentur, ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur. Idem coſſ. arna in templum Caſtoris palam comportabantur, gradus ejusdem templi tollebantur: armati homines forum, & conciones tenebant: cædes, lapidationesque fiebant: nullus erat senatus, nihil reliqui magistratus: unus omnem omnium potestatem armis, & latrociniis possidebat, non aliqua vi sua, sed cum duo consules à rep. provinciarum, feedere retraxisset, insultabat, dominabatur: alii pollicebatur: terrore, ac metu multos, plureis etiam *flammas*, & promissu tenebat. Quæ cum effente ejusmodi, judices, cum senatus duces nullos, ac pro dueibus proditiones, aut potius apertos hostiles haberet: equester ordo reus à consulibus citaretur: Italæ totius auctoritas repudiaretur: alii nominatum regalarentur, alii metu, ac periculo terrentur: arma essent in templis, armati in foro: caue non silentio consulum dissimularentur, sed & voce, & sententia comprobarentur: cum omnes urbem nondum excisam, & evensam, sed jam captam, atque oppressam videremus: tamen his tantis malis, tanto bonorum studio, judices, restissemus. Sed me alii metus, atque alia cura, suspicionesque moyerunt. Exponam enim hodierno die, judices, omnem rationem facti, & consilii mei: neque huic vestro tanto studio audiendi, neque vero huic ranta multitudini, quanta, mea memoria, numquam ullo in judicio fuit, de- ero. nam, si ego in causa tam bona, tanto studio senatus, consensu tam incredibili bonorum omnium, tam parsto, tota deniq; Italia ad omnem contentionem expedita, cessi tribuni pleb. despiciatissimi hominis, furoti, contemptissimorum consulutum levitatem, audaciaque pertinui: nimil me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor. Quid enim simile fuit in Q. Metello cuius causa eti omnes boni probabant, tamen neque senatus publice, neque ullus ordo propriè, neque suis decretis Italatota suscepserat, ad suam enim magis quandam illegitiam, quam ad perspicuam salutem rep. sumferat, cum unus in legem per vim latam jurare noluerat: denique videbatur ea conditione tam fortis fuisse, ut cum patria caritate *consitan* gloriæ commutaret. Erat autem ei res cum exercitu,

L 5

C. Marii

1. Nihil acerbius socii Latinis ferre soliti sunt. 2. Verso editio, acerbissimè infelix sedet. 3. V. Etoris socii Reum.

2. Ne hunc dolorem esse significarent. In S. Vict. & Pal. nones, nam editi uero hunc del. vesti mutata figura.

3. si appellandi sunt Consules. Hæc quæcum vocula iniquè ablunt

editionibus Lambinianis.

4. Evidenter patet. Vulgata non patet, sed præter miss. Pall. & S. Victoris, imo præter vestitus editio.

5. Salutem reipubl. sumferat. Hoc quoque est ab omni scripta in qua o-

C. Marii invicto : habebat inimicum C. Marium , conser-
vatorem patris, sextum jam illum consulatum gerentem;
res erat cum L. Saturnino iterum tribuno pleb. vigilante
homine, & in causa populari si non-moderate, at certe po-
pulariter, abstinereturque veritato, cessit, ne aut virtus à
fortibus viris, cum dedecore caderet: aut vix, multis, &
fortibus civibus temp. orbare. Meam causam senatus pa-
lam, equester ordo acerrime cuncta Italia publicè, omnes
boni proptè, enixeque suscepserant, eas res gesseram, qua-
rum non unus auctor, sed dux omnium voluntatis tuissem,
quæque non modo ad singularem meam gloriam, sed ad fa-
ludem communem omnium civium, & propè genitum,
pertinenter: ea conditione gesseram, ut meum factum
sempor omnes praestare, tuerique debent. Erat autem
mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis
conductis, & ad diripiendam urbem concitatis, habebam
inimicum non C. Marium, terrorem hostium, spem, sub-
sidiumque patris: sed duo importuna prodigia, quos ego
fis, quos axis alieni magnitudo, quos levitas, quos im-
probitas tribuno pl. confractos addixerat. Nec mihi res
erat cum Saturnino, qui, quod à se, quæstore Ostiensi, per
ignominiam, ad principem & senatum, & civitatis, M. Scavi-
num, em frumentariam translatam sciebat, dolorem suum
magna contentione animi persequebatur: sed cum securi-
rum locupletum scorpi, cum sororis adultero, cum stu-
prorum sacerdote, cum venefico, cum testamentario, cum
scario, cum lattone, quos homines, si, id quod facile factu-
fuit, & quod fieri debuit, quodque à me optimi, & fortissi-
mi cives flagitabant, vi armisque superaërem, non verbear,
ne quis aut viri vi repulsam reprehenderet, aut perditorum
civium, vel potius domiticorum hostium mortem mo-
ceret: sed me illa moverunt: omnibus in concionibus illa
Fur, clamabat, sc. quæ facaret contra salutem meam, fa-
cere auctore Cn. Pompejo, clarissimo viro, mihiisque &
nunc, & quoad licuit, amicissimo, M. Crassus, quo cum
mihi erant omnes amicitia necessitudines, vir fortissimus,
ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis predi-
cabatur. C. Cesar, qui à me nullo meo merito alienus esse
debeat, inimicissimus esse mea saluti ab eodem quotidiana-
nis concionibus dicebatur. His se tribus auctoribus in con-
siliis capiendis, auctoribus in te gerenda esse usurum dice-
bat. ex quibus unum, habere exercitum in Italia maximum:
i duo, qui privatum essent, & praesesse, & parare,
si vellet, exercitum posse: idque facturos esse dicebat.
nec mihi ille judicium populi, nec legitimam aliquam
contentionem, nec disceptationem, aut cause dictioneum,
sed viri, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabant.
Quid ergo? inimici oratio, vana praesertim, tam improba
in clarissimos viros conjecta, me movit? 2 Me vero non
illius oratio, sed etiam eorum taciturnitas, in quos illa
oratio tam improba conferebatur: quicum, quamquam
ob aliam causam tacebant, tamen hominibus, omnia ti-
mentibus, tacendo loqui, non infinitando confitei videbantur.
illi autem aliquo tum timore perturbiti, quod acta illa,
arque omnes res anni superioris labefactari a prætoribus
infirmari à senatu, atque principibus civitatis putabant,
tribunum popularem à se alienare nolebant, suaque sibi
propria pericula esse quam mea, loquebantur. Sed tamen &

Crassus à consilibus meam causam & suscipienda esse
dicebat, & eorum fidem Pompejus implorabat; neque se
privatum publicè suscepserat, causæ defuturum esse dicebat,
quem virum studiofum mei, cupidissimum reipub. con-
servande, domi meæ certi homines & ad eam rem com-
positi monerunt, ut ceteri cautor: ejusque vita à me indi-
cas apud me domi positas esse dixerunt: atque hanc si
suspicionem alii litteris mittendis, alii nuntius alii coram
ipso excitaverunt, ut ille, cum à me certè nihil timeret, ab
illis, ne quid meo nomine molirentur, sibi cayendum pa-
taret. Ipse autem Cesar, quem maximè homines ignari
veritatis, mihi esse iratum putabant, erat ad portas, et
cum imperio; era in Italia ejus exercitus, in quo ex
circu ipsius tribuni pleb. inimici mei fratre praefecerat.
Hæc ego cum videtur em, neque enim erant occulta, finiam,
sine quo civitas stare non posset, omnino de civitate esse
sublatum: consules, qui publici consilii duces esse debe-
rent, perfecisse, ut per ipsos publicum consilium funditus
tolleretur: eos, qui plurimum possent, opponi omnibus
concionibus falso, sed formidolose tamen, autores ad
perniciem meam: conciones haberit quotidiani contra me,
voce pro me, ac pro repub. neminem mittere: intenti
gna legionum exultimari cervicibus, ac bonis vestris, fa-
sò, fed putari tamen: conjurator copias veteres & le-
effusum illam, ac superatas Catilina manum impo-
nam, nra due, & insperata coniuratione rerum esse re-
novatam: hæc cum videtur, quid agerem, judges? Icio
enim, tum non mihi vestrum studium, sed meum pro-
vestro defuisse. contendere contra tribuuum pleb. pri-
vatus armis? vicissent improbus boni, fortis inertes: in-
fectus esset is, qui hac una medicina sola portuit à reipub.
peste depelli. Quid deinde? quid reliquiarum reficiat?
quid denique? era dubium, quæ nile sanguis tribunis
nullo praefutus publico consilio profusus, conules ulto-
res, & defensores esset habiturus? cum quidem in concio-
nem dixisset, aut mihi semel pereundum, aut bis esse vice-
dum. Quid erat bis vincere? Id profecto, ut, cum aca-
tissimo tribuno pleb. cum decertarem, cum consilium
ceterisque ejus ultraibis dimicarem. Ego vero, si mihi
uni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga & mihi in-
abilitis, illis mortifera, qui eam imposuerint: senat, pri-
mæ, judges, maluissent, quælibet vincere. Era enim
ilia altera ejusmodi contentio, ut neque vici, neque victo-
res temp., tenere possemus. Quid, si in prima conten-
tione, vi tribunitia vicius, in foro, cum multis bonis viris
concidisset? Senatum consules, credo, vocassent, quem
totum de civitate delerant: ad arma vocarent, qui ne ve-
stiti quidem defendi & rempublicam filient: a tribuno
pleb. post interitum meum dissident, qui eandem horam
meæ pestis, & suorum primiorum esse voluerint. Unum
enim mihi restabat illud, quod fortuit non nemo vir fortis,
& acris animi, magnique dixerit: redditiles, repu-
gnasses, mortem pugnans oppelles. De quo te, in
quam, & patria, testor, & vos penates, patruque dii, me ve-
strarum fidem, templorumque causa, me propter salutem
meorum civium, quæ mihi semper fuit mea caro vita,
dimicationem, & demque fugisse. Etenim, si mihi in ali-
qua nave cum meis amicis naviganti, hoc, judges, acci-
dierit,

1. Dux qui privati tum esset.] Pro dux. antiquæ fide miss. nostrorum,
quomodo etiam supra rescripti cap. 15. dux Crassus, usidem membranis
volentibus.

2. De viri, non illius oratio, sed etiam eorum erratae saccharinas, &c.] Hæc est
scriptio Pal. noni, à qua non abit codex S. Victoris, n si quod non ha-
beat illius etiam quod hæc unice quadrata vulgata praeferebat, non mis-
sis illius oratio, sed id verbi jucundus subauditur.

3. Sollempniter esse dicitar.] Cum idem verbum statim rursus sequatur, malum, ducatur.

4. Ad eam, om. evapferi.] Pal. nonus & S. Victoris pefsi.

5. Et effusum illam, &c.] Gelicimus syllabam auferit, retinetque
fusam.

6. Quid deinde? quid reliquiarum reficiat?] Sic quidem editi omnes
sed scripti, quæ reliqui reficiunt, aut, quid reliqui rep. S. Vict. quæ reliqua
ire flari. Gelicimus tentabat: quæ reliqua praeficeret cui denique respet-
retur.

7. Mihi infabilis illa mortifera, qui non impoferet.] Et à Lambini
conjectura: sed proximè tamen miss. quorum Pal. nonus: mihi infabi-
lis illa mortifera, quæ non potuisse. S. Vict. mihi infabilis illa mortifera
quæ impoferet. editio prima, mihi infabilis illa mortifera, quæ ei impo-
feret, vulgata mihi infabilis illa mortifera, quæ respic impoferet.

8. Rem pessimis & & cœli dissipant.] Ita editi à Victorio, & respon-
dent miss. nostris, recepta lectio semp. pessimis & & cœli dissipant.

9. Patria testor.] Vulgo obliterat, iea contra Pall. S. Victor. Gelic.
Euford.

dissimilares, ut multi ex multis locis prædones classibus eam naven se oppresuros minitarentur, nisi me unum sibi dedissent: si id vectores negarent, ac mecum simili interire, quam me tradere hostibus malent: jecissim me ipse potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos non modò ad certam mortem, sed in magnum vita discrimen adducerem. Cum vero in hanc reipublicæ navem, erepris senatus gabinaculis, fluitantem in alto tempestibus seditionum ac discordiarum, armata tot clavis, nisi ego unus deditus esset, incursum viderentur: cum proscriptio, cades, direptio denuntiarentur: cum aliis me iuspicio periculi sui non defenderent, alii vetete odio bono: um incitarentur, alii invidarent, alii obstat fibi me arbitrantur, alii ulcisci dolorem suum aliquem vellet, alii rem ipsam publicam, atq; hunc bonorum statum, otiumque odissent, & ob hanc causam, tot, tamque varias, me unum depositerent: depugnare potius cum summo, non dicam exitio, sed periculo certè vestro, liberorumque velitorum, quam non id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus suscepserem, ac subitem? Vixi essent improbi. At cives: at ab eo privato, qui sine armis etiam consul remp. conservarat. Si vixi essent boni: quid superesset? non ad servos videtis rem venturam fuisse? An mihi ipsi, ut quidam putant, fuit mors a quo animo appetenda? quid? rum mortem fugiebam? an erat res illa, quam mihi magis optandam putarem? aut ego illas res tantas, in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, non exsilio ob oculos veritabunt? non hac denique à me tum, tanquam fata, s in ipsa re gerenda concinabantur? an erat mihi in tanto luctu meorum, tanta disjunctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum, quas mihi aut natura, aut fortuna dederat, vita retinenda? tam eram ruditus, tam ignarus rerum? tam expets consilii, aut ingeni? nihil audieram? nihil videram? nihil ipse legendi, querendoque cognoveram? nec sciebam VITÆ BREVEM ESSE CYRUSVM, GLORIAE SPMPITERNV M? cum esset omnibus definita mors, optandum esse, ut vita, quæ necessaria debetur, patriæ ponit donata, quam reservata natura videretur? nec sciebam, inter sapientissimos homines hanc contentione fuisse, ut alii dicent animos hominum, sensusq; morte restinguiri, alii autem tam maximè mente sapientium, ac fortium virorum, cum è corpore excellent, & sentire, ac vigerere? quorum alterum, fugiendum non esse, carere tenet: alterum etiam optandum, meliore esse sensu denique, cum omnia semper ad dignitatem retulisset, nec sine ea quidquam extenuit, ut homini in vita putaretur mortem, quam etiam virginis Athenis, regis, opinor. Brechti filie, pro patria contempsisse dicitur, ego uti consulari, tantis rebus gestis, timerem? praesertim cum ejus esse civitatis, ex qua Q. Mucius solus in castra Porrense venisset, eumque interficerre, proposita sibi morte, conatus esset? ex qua P. Decius primus pater, post aliquot annos patriæ virtute prædictus filius, se, ac vitam tuam, iniusta acie, pro salute populi Rom. victoriaque devovisset? ex qua innuenterib[us] alli partim adipiscenda laudis partim vitanda turpiudinum causa, mortem in variis bellis aquifissimis animis, operebant? in qua civitate ingle meminsem, patrem hujus M. Crassi, fortissimum virum, ne vigeret vicitorem vivus inimicum, eadem sibi inanu vitam exhaustisse, qua mortem saepe hostibus obtulisset? Hoc ego de multa alia cogitans, hoc videbam, si causam publicam mea mors peremiseret; neminem umquam fore, qui auderet sufficiere contra improbos ciueis remp. salutem. Itaque non solum si vi interissem, sed etiam si morbo extinctus essem, fore puta-

bam, ut exemplum reipub. conservande mecum simili iustiteret. Quis enim umquam, me à senatu, populoque Rom. tanto omnium bonorum studio, non restituto? quod certe, si essem imperfectus, accidere non potuisse) ullam reipub. partem cum sua minima invidia auderet attingere? Servari igitur remp. difcessu meo, judices: cedem à vobis, liberisque vestris: vastitatem, incendia, rapinas, meo dolore, luctuque depuli: & unus remp. bi servave, semel gloria, iterum axumna mea. neque enim in hoc me hominem esse insitiorum umquam, ut me optimo fratre, carissimi liberi, fidelissima conjugi, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu, sine dolore caruisse glorie. quod si fecisset; quod à me beneficium haberetis, cum pro vobis ea, quæ mihi essent vilia, reliquissim? hoc, meo quidem animo, summi in patriam amoris mei signum esse deber certissimum, quod, cum abesse ab ea non possem sine summo dolore, hunc me perpeti, quam illam labefactari ab improbis, malui. Memineram, judices, divinum illum virum, atque ex iisdem, quibus nos, radicibus natum, ad salutem imperi hujus, C. Marium, summa senectute, cum viam propè iustorum armorum profligisset, primo senile corpus paludibus occultasse demersum: deinde ad infirorum, ac tenuisimorum hominum Minturnis misericordiam confusisse: inde navigio parvparvo, cum omnis portus, terraque fugeret, iuoras Africas desclissimas pervenisse. Atque ille vitam suam, ne malus efficeret, ad incertissimam spem, & ad reipub. statum reservavit: ego qui quemadmodum multi in senatu, me abiente, dixerunt, periculo remp. vivebam, quicque ob eam causam consularibus litteris de sensu sententia exteris nationibus commendabar, nonne, si meam vitam deferuisse, remp. prodiisset? in quo quidem nunc, me restituto, vivit mecum simili exemplum fieri publicæ, exemplum remp. defendendæ, quod si immortale retinetur, quis non intelligit, immortalē hanc civitatem futuram? Nam externa bella regum gentium, nationum, jampridem ita extincta sunt, ut præclaræ cum his agamus, quos pacatos esse patiamur. deniq; EX BELLICA victoria non tene quenquam est invidia civium consecuta, domesticis malis, & audaciam civium consilii saepe est resistendum: corumque periculorum est in reipub. retinenda medicina: quam omnes, judices, perdidissetis, si meo interiu senatu, populoque Rom. doloris sui de me declarandi potestas esset: erupta. Quare moneo vos, adolescentes, atque hoc meo iure præcipio, qui dignitatem, qui rempub; qui gloriam spectatis; ne, si qua vos aliquando necessitas ad rempub. contra imprebos civiles defendendam vocabit, legiores sitis, & recordatiene mei casus à consilio fortibus refugatis. Primum, non est periculum, ne qui umquam sint in civitate ejusmodi consules, praesertim si erit his id, quod debetur, persolutum. deinde numquam jam, ut spero, quicquam improbus, consilio, & auxilio bonorum se oppugnare temp. dicet, illis tacentibus: nec armati exercitus terrorem opponet, togatis; neque erit justa causa ad portas fedenti imperatori, quare terrorem suum falso jaclari, opponere patiatur. numquam enim erit tam oppressus senatus, ut ei ne supplicandi quidem, ac lugendi sit potestas: tam capiūs equester ordo, ut equites Romani à consule relegentur. Quæ cum omnia, atque etiam multo alia majora, quæ consilio prætereo, accidissent, videlicet me tamen in pristinam meam dignitatem, brevi temporis dolore interjecto, remp. voce est revocatum. Sed, ut revertar ad illud, quod mihi in hac omni est oratione proposatum, omnibus malis illo anno, scelere consulum, tempore confessam: primum illo ipso die, qui mihi funeris fuit, omnibus bonis luctuosus, cum ego me à complexu patris,

3. In ipsa re gerenda concinabantur.] Edd. primæ concinabantur. in C. Serere gerabantur. Gulielmus singl. Consule contribuerat.
2. Sentire acrigere.] Gulielmus inclinabat legere acrigere.

3. Et ad rempub. statum reservavit.] S. Vixi. & ad temp. ratam Lambini scripti spem remp. vasa, forsan, rempub. irata, inquit Gulielmus.

patria, conspectuque vestro eripuissem, & metu vestri periculis, non mei, furoti hominis, sceleri, perfidie, telis, minisque cessisse, patriamque, qua mihi erat carissima, propter ipsius patris caritatem reliquilem: cum meum illum in tam horibilem, tam gravem, tam repentinum, non soli homines, sed testa urbis, ac templo lugerent: nemo vestrum forum, nemo curiam, nemo lucem adspicere vellet: illo, inquam, ipso die, die dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi reique publ. pernici: Gabinius, & Pisoni provincia rogata est. Prò dii immortales, custodes, & conservatores hujus urbis, atque imperii! quanam illa in repub. monstra, qua sceleri videntis? civis erat expulsus, is, qui rem. ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defendebat, & expulsus non alio aliquo, sed eo ipso crimine, erat autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, servitus denique concitato: lex erat lata, vastato, ac bellico foro, & sicariis, servitusque tradito, & ea lex, qua ut ne ferretur, senatus fuerat ueste mutata. Hac tanta perturbatione civitatis, ne noctem quidem consules, inter meum disserim, & eorum prædam interesse passi sunt: statim, me percussi, ad meum sanguinem haunierendum, & spirante etiam rep. ad ejus spolia detrahenda ad olaverunt, omittit gratulations, epulas, partitionem aratri, beneficia, spem, promissa, prædam, latitudinem paucorum, in luctu omnium, verabantur uxori mea: liberi ad necem quærebantur: 2 gener, & Piso gener, à Pisonis consulibus pedibus supplex rejiciebatur: bona diribiebantur, caque ad conules deferiebantur: domus ardebat in Palatio: conules epulabantur. Quod si meis incommodis latabantur, urbis tamen periculo commoverentur. Sed, ut à mea causa jam recedam, reliquas illius anni pestis recordamini, sic enim facilime perficeris, quantum vim omnium remediorum à magistris proximis resp. desiderari. legum multitudinem, cum earum, qua late sunt, tum vero, qua promulgatae fuerint, nam late quidem sunt consuibus illis tacitibus dicam? immo vero approbantibus etiam, 3 ut censoria notatio, & gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de repub. tolleretur: ut collegia non modo illa vetera contra S. C. restituenterentur, sed ab uno gladiatore innumerabilis alia nova conscriberentur: ut, remissis semibus, & trientibus, quinta pars vecigallum tolleretur: ut Gabinio pro illa sua Cilia, quam sibi, si rempubl. prodidisset, pactus erat, Syria daret: ut uni heluoni bis de eadem re deliberandi, & rogata lege, potestas fieri provincia communanda. Mittit etiam legem, qua omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omnis leges, qua sunt de jure, & de tempore legum rogandarum, una rogatione delicit: mittit omnem domesticani labem: etiam exteriores nationes illius anni: furore conuictus videbamus. lege tribunitia Matris Magna Pessinuntius ille sacerdos, expulsus, & spoliatus sacerdotio eius, fanumque sanctissimarum, atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro, impuro homini, atque in dno illa religione: praetertim cum ea sibi ille non coledi, sed violanti causa appetisset: appellati reges à populo, qui id numquam ne à senatu quidem postulassent: rediit exsiles Byzantium condemnatus, cum indemnati cives è civitate ejiciebantur. Rex Ptolemæus, qui si nondum erat ipse à senatu socius appellatus, erat tandem frater ejus regis, qui cum esset in eadem causa, jam erat à senatu honorem istum consecutus: erat eodem genere, isdemque majoribus, eadem vetustate, societas: denique erat rex, si nondum locutus, at non hostis: pacatus,

quietus, fretus imperio populi Romani, regno patens, atque avito: regali otio perfuebatur de hoc nihil cogitante, nihil suspicente, eisdem operis suffragium sententibus, et rogatum, ut fedens, cum purpura, & sceptro, & illis insignibus regis, praeconi publico subiecitur: & imperante populo Romano, qui etiam bello victis regibus reddite confuevit, rex amicus, nulla injuria commemorata, nullis repetitis rebus, cum bonis omnibus publicaretur. Multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus: tamen illi sceleri, quod in me illorum immanitas edidit, haud scio, an recte hoc proximum esse dicam. Antiochum illum Magnum, maiores nostri magna belli contentione terra, marique superaram, intra montem Taurum regnare jussierunt: A siam, qua illum mulierunt, Attalo, ut is regnet in ea, condonaverunt. Cum Armeniorum rege, Tigrane, grave bellum, perdiutumque gessimus; cum ille in iugis in se nos inferendis bello prope nos lacessilis, hic & ipse per se vehemens fuit, & acerrimum hostem: hujus imperii Mithridatem, pulsum Pontum, opibus suis, teneaque defendit. & a Lucullo, summo viro, atque imperatore, pulsus, animo tamen hostili cum reliquis copia suis in præfita mente mani, hunc Cn. Pompejus, cum in his cattis supplicem, abjectumque videlicet, erexit, atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecera, reprobavit & imperio certis rebus, regnare iussit: nec minus & sibi, & huic imperio gloriosum putavit, constitutum à te regem, quam constiutum videri, tulit, gesuit. Qui & ipse hostis fuit populi Romani, & acerrimum hostem in regnum recepit: qui confixit, qui signa contulit, qui de imperio panè certavit, regnat hodie, & amicitia nomen, ac societas, quod armis violata, id precibus est consecutus. Ille Cyprius miser, qui semper locutus, semper amicus fuit: de quo nulla umquam suspicio ducatur aut ad senatum, aut ad imperatores nostros allata est: vivus (ut ajunt) est, & vivens, cum virtute, ac vestitu suo publicatus. En, cur ceteri reges stabiles esse suam fortunam arbitrentur, cum he illius & funestri anni prodito exemplo videant, per tubum aliquem, & sexcentas operas, se fortunis spoliati, & regno omni posse nudari. At etiam ex negotio M. Catoni splendoris maculare voluerunt, ignari, quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valerer: qua IN TEMPESTATE seiva, quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetque per se semper, neque alienis umquam fardibus obfolescit. Non illi ornandum M. Catonem, sed relegandum: nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putaverunt: qui in concione palam dixerunt, linguan se evellisse M. Catoni, qua tempes contra extraordinarias potestates libera fuisset. Sentient, ut spero, brevi tempore, manere libertatem illam: atque hoc etiam, si fieri poterit, esse majorem, quod cum consulibus illis M. Cato, etiam, cum iam desperasset aliqd auctoritate sua profici posse, tamen voce ipsa, ac dolore pugnavit, & post meum discellum, illis Pilonem verbis, siens meum, & reipub. casum, vexavit, ut illum hominem perdidissimum, atque impudentissimum panem jam provincie ponere. Cur igitur rogationi parus? Quasi vero illo non in alias quoque leges, quas injuncte rogatas putaret, jam ante jurarit, non offert, ut ille istis temeritatibus, ut, cum reipub. nihil prosit, se cive remp. privet. Consule me, cum esset designatus tribunus plebis, obtulit in discriminem vitam suam: dixit eam sententiam, cuius invictam capitum periculo sibi praetendam videbat: dixit vehementer: egit acci-

1. Tares meum disserim, & eorum prædam. Sic & primæ edd. sed enim

Pall. plerique, inter meum eafum & suum prædam, verum nonnulli illi, rati meum & sui armis præda. 2. Vicit, inter meum & suum prædam: conjectur Galilimius, inter meum & suum prædam.

2. Gener, & Piso gener. Magna emphasis in istis, quare male Lambi-

nus qui primum gener, abjecit.

3. Ut censoria notatio. Haud aliter editi antiquit. sed Pall. non. &

S. Vicit, natus, quod forci querat.

4. Funesti anni prodito ex emplo. Malum istud cum S. Vicit. & Pall. non. quam ut hucunque virgatum perdidit.

1. Pa

ter; ea, qua sensi, pre se nullus: dux, auctor, actor rerum illarum fuit: non quo periculum suum non viderit: sed in tanta reip. tempestate nihil sibi, nisi de patre periculis cogitandum putabat. Consecutus est ipsius tribunatus. Quid ego de singulari magnitudine animi ejus, ac de incredibili virtute dicam? meministis illum diem, cum, templo à collega occupato, nobis omnibus de vita ejus virti, & civitatemibus, ipse animo fortissimo venit in templum, & clamorem hominum auctoritate: impetum improborum, virtute sedavit. Adiit tum periculum, sed adiit ob causam: qua quanta fuerit, iam mihi dicere non est necesse. At, si isti Cypria rogationi sceleratissimam non paruisset: hæceret illa nihilominus in repub turpitudine. Regno enim iam publicato, de ipso Catone erat nominatum rogarum, quod ille si repudiasset, dubitatis, quin ei se effundata, cum omnia asta illius anni per illum unum labefactari viderentur? Atque etiam hoc videbat: quoniam illa in rep. macula regni publicati maneret, quam nemo jam posset eluere, quod ex malis boni possit in rep. provenire, id utilius esse i per se conservari, quam per alios. Atq; ille etiam 2 si alia quamvis expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facile pateretur. etenim, qui superiore anno senatu caruisset, quod si tum veniret, me ramen focum suorum in repub. consiliorum videre posset: is aequo animo tum, me expulso, & meo nomine cum universo senatu, tum sententia sua condemnata, in hac urbe esse posset? Ille vero eidem tempore, cui nos, eidem furori, eisdem consilioribus, eisdem ministris, insidiis, periculis cessit, luctum nos hauiimus majorem, dolorem illæ animi non minorem. His de tot, tantisque injuriis in socios, in reges, in liberas civitates, consulum querula esse debuit. in ejus magistratus tutela, reges, atque exteræ nations semper fuerunt, eque vox umquam est auditu consulum? quamquam quis auderet, si maxime queri vellet? de Cyprio rege quererentur, qui me civem nullo meo crimine, patris nomine laborantem non modo stan-tem non defenderunt, sed ne jacentem quidem protexerunt? Cesseram, si alienam à me plebem fuisse vulnis, qua non fuit invidia: si commoveri omnia videbanum, tempore: si vis suberat, armis: si societas, magistratum patetionis: si periculum civium, reip. Cur, cum de capite civis (non disputo, cujusmodi civis). & de bonis, proscriptio feretur, cum & sacratis legibus, & xii tabulis faciuntur esset, ut NEQUE PRIVILEGIUM irrogari licet, neque de capite, nisi comitis centuriatis, rogari, nulla vox est audita consulum? constitutumque est illo anno, quantum in illis duabus hujus imperii pestibus fuit, iure poli per operas concitatas quemvis civem nominatum tribuni plebis consilio ex civitate exturbari? Quæ vero promulgata illo anno fuerunt? quæ promissa multis? quæ coascripta? quæ sperata? quæ cogitata? quid dicam? qui locus orbis terra jam non erat allicui destinatus? cujus negotii publici cogitari, optari, 3, fingi curatio potuit, quæ non esset attributa, atque descripta? quod genus imperii, aut quæ provincia, 4, quæ ratio aut flanda, aut confiandi pecunia non reperiebatur? quæ regio, orave terrarum erat latior in qua non regnum aliquod statueretur? quis autem rex, qui illo anno non aurum emendum sibi, quod non habebat, aut rediendum, quod habebat, arbitraretur? quis provinciam, quis pecuniam, quis legationem ab senatu petebat? Damnatis de vi, restituisti: consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparsabatur. Hæc gemebant boni, sperabant improbi, agebat tribunus pl. consules adjuvabant. Hic aliquanto,

serius, quam ipse vellet; Cn. Pompejus, invictissimus nis qui mentem optimi, ac fortissimi viri, suis consiliis, factaque terroribus à defensione nra. & lauitis averterans, excitat illam suam non sospitam, sed suspiciose aliquam retardatam consuetudinem reip. benerendæ. Non est passus ille vir, qui sceleratissimos civiles, qui accerrimos hostes, qui maximas nationes, qui reges, qui genteis feras, atq; inauditas, qui prædonum infinitam miserum, qui etiam levitatem, virtutem, victoriaque domusset: qui omnibus bellis terra, mariisque con: pressis, imperium populi Rom. orbis terrarum terminis decessisset, temp. everti scelerate paucorum: quam ipse non solum consilii, sed etiam sanguine suo sepe ieravisset, & accessit ad caulam publicam; refluit auctoritate sua, reliquis rebus: de præteritis questus est fieri quædam ad meliorem spem inclinatio vila est. decretivit lenatus frequens de meo reditu kalendis Jun. dissentiente nullo, 5 referente L. Ninnio, cujus in mea causa numquam fides, virtusque continevit. Intercessit Ligus ille nescio qui, additamentum inimicorum meorum, res erat, & causa nostra eo jen loci, ut ergere oculos, & vivere videtur. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quo cumque venerat, quod judicium cumque subierat, damnabatur. Inveniebatur nemo, qui le suffragium de me tulisse confiteetur, deceperat ex Asia frater meus magno iugulo, sed multo etiam maiore mortore. huic ad urbem venienti tota obviam civitas cum lacrimis, genitiisque processerat: loquebatur liberis senatus: concurrebant equites Romani: Piso ille, gener meus, cui fructum pietatis luce neque ex me, neque à populo Rom. ferre licuit, à propinquuo suo ficerum suum flagitabat: omnia senatus recipiebat, nisi de me primum consules retulissent. Quia cum res jam manibus tenebatur, & cum consules provinciarum pactione libertatem omnem perdidissent, qui, cum in senatu privatim, ut de me sententias dicentes, flagitabantur, legem illi se Clodianum timebant. cum hac non possent jam diutius sustinere: initus consilium de interitu Cn. Pompeji: quo patefacto, ferroque deprehenso, ille inclusus domi tanquam fuit, quādiū inimicus meus in tribunatu. De meo reditu octo tribuni promulgarunt. ex quo intellectum est, mihi absenti etevasse amicos, in ea præfertim fortuna, in qua nonnulli etiam, quos esse putaveram, non erant: sed eos voluntatiem semper eandem, libertatem non eandem semper habuisse. nam ex novem tribunis, quos runc habueram, uous, me abrente, defluerit. qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus arripuit, quo magis nationes ejus esse, quam generis, videretur. Hoc igitur anno, magistratus novis designatis: cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem convertissent: princeps P. Lentulus auctoritate, ac sententia sua, Pisone & Gabinio repugnantibus, causam suscepit, tribunisque plebis octo referentibus, præstantissimum de me sententiam dixit. qui cum ad gloriam suam, atq; ad amplissimam beneficij gratiam magis pertinere videre, causam illam integrum ad sumum consulatum reservari, tamen rem tam per alios citius, quam per se tardius confici mœbat. Hoc interim tempore P. Sextius, judices, designatus, iter ad C. Caesarem pro mea salute suscepit. Quid eggerit, quantum proficerit, nihil ad causam. equidem existimo, si ille futur arbitrator, aequus nobis fuerit, nihil ab hoc profectum: si iratior, non multum, sed tamen fidulitatem, atque integratatem hominis videris. Ingridor jam in Sextii tribunatum, nam hoc primum iter d. signatus.

1. Per se conservari, quæcumque per alterum. Gulielmus putat excidisse verbum dispendere, aut aliud tale.

2. Si aliqua quamquam sit, 1) Pal. nonus, ali: opam, Gemblacens, ali: quædam.

3. Fingi curatio peccat. Ita etiam Pal. non. & S. Victoris. nam ed. prima finge que ratio potest, volgo erat, finge non prevenit potest.

4. Quæ tamen aut flanda, aut confusa. Habent Pal. test. quare quint.

oest quartæ auferenda aut evanescere. sed nostrum istud perdurat in Pal. sec. ac nono, neque fecus S. V. & Eif. Gembl. ideoque revocavi, nam & sic quoque odd. antiquæ, dictum autem superata locutione ne Lambino quis adbeat lectio oneris: itam exhibebant præ vulga.

5. Referente L. Nino. I. Pall. nostri præter nonum ambigue præfus scriptum, inclinatum. Minimus aut Minimam, aut sancte Nomina, vulgata erat Mennius.

designatus, reip. causa suscepit, pertinere & ad concordiam civium putavit, & ad perficiundi facultatem, animum Caesaris a causa non abhorre. Abiit ille annus respirasse homines videbantur, nondum re, sed spē reip. recuperande exierunt malis omnibus, atque execrationibus duo vulnus paludati: quibus utinam ipsi evenissent ea, qua tum homines preabantur, neque nos provinciam Macedoniam cum exercitu, neque equitatum in Syria, & cohortes optimas perdidissemus. Ineunt magistratum tribuni pl. qui omnes se de me promulgaturos confirmarent ex his praecepit emitur ab inimicis meis, is, quem homines in luctu iridentes, Grachum vocabant: quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex repreculis extracta nitedula tempub. conaretur arroderet. Alterverò non ille Serenus ab arato, & sed ex deserto Gavi Oleli horreo calatis granis, in Calatinos Attilios insitus, subito nominibus in tabulas relatis, nomen suum detabula sustulit. Veniunt kalenda Januarii, vos hac melius scire potestis: eq; idem audita dico: quæ tum frequentia senatus, quæ expectatio populi, qui concursus legatorum ex Italiā cuncta, quæ virtus, actio, gravitas P. Lentili consulis fuerit, quæ etiam collega ejus moderatio de me: qui eum inimicis sibi mecum ex reip. diffusione suscepit esse dixisset, eas se partibus conscripsit dixit, & temporibus reip. permisimus. Tum princeps rogatus sententiam L. Cotta, dixit id, quod dignissimum rep. fuit, **NIHIL DE ME** actum esse jure, nihil more majorum, nihil legibus: non posse quemquam de civitate tolli sine iudicio: de capite non modo ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitiis centuriatis: vim fuisse illam, flamman qualitat̄ reip. perturbatumque temporum, iure, iudicinque sublatib: magna rerum perturbatione impendente, declinasse me paullum, & sp̄ reliqua tranquillitatis, presenteis flustus, tempestateisque fugisse. Quare, cum absens temp. non minus magnis periculis, quam quodam tempore praesens liberasse, non restitui me solum, sed etiam ornari a senatu deere. Disputavit etiam multa prudenter, ita de me illum amentissimum, & profligatissimum hostem pudoris, & pudicitia, scripsisse que scriperat, iis verbis, rebus, sententiis, ut etiam si jure esset rogatum, tamen vim habere non posset. quare me, qui nulla lege abesse, non restituit, sed revocat senatus auctoritate oportere Hunenemor erat, quin verissime sentire diceret. Sed post cum regatus Cn. Pompejus approbat, laudata que Corre sententia, dixit, *sese etiā mei causa*, ut omni populari concitatione disfugeret, censere, ut ad senatus auctoritatem, populi quoque Rom. beneficium erga me adiungeretur. Cum omnes centrum, aliosque alto gravius, atque ornatus de mea salute dixisset, fieretque fine illa varietate discussio: surrexit, ut scitis, Attilius hic Gavianus: nec ausus est, cum esset emisus, intercedere, noctem sibi ad deliberandum postulavit. Clamo: senatus querela, preees, & sacer ad pedes abjectus. Ille se affirmare, postero die moram nullam

esse facturum. Creditum est: discussum est, illi interea liberatori merces, longa interposita nocte, duplicita ea. Consecuti dies pauci omnino Januario mense, per quos lenatum haberi siceret: sed tamen actum nihil, nisi de me. Cum omni mora, ludificatione, calumnia, senatus auctoritas impeditret: venit tandem & concilii de me agendae viii, kalendas Febr. Princeps rogationis, vir mihi amicissimus, Q. Fabricius, templum aliquantum ante lucem occupavit. Quietus eo die Sextius, is, qui est de vi rei, actor hic, detensorque causa mea: nihil progeditur, consilia exspectat inimicorum meorum. Quid illi, quorum consilio P. Sextius in judicium vocatur? quo se pacto gerunt? cum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus, & ac servis plerique occupavissent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos: venientem in forum, virum optimum, & constantissimum, M. Clispium, tribunum pl. vi depellunt: *eadem in foro maximam faciunt: universi, que, distracti gladiis, & cruentis, in omnibus fori partibus, fratrem meum, virum optimum, fortissimum, meique amansissimum, oculis querrebant, voce poscedebat*, quorum ille telis liberetur, in tanto luctu, ac desiderio, non repugnandi, sed moriendo causa corpus obvulsus suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reservasset, subiit tamen vim illam nefariam conselerorum latronum: & cū ad fratri salutem a populo Rom. deprendam venient, pulsus e rostris, in comitio jacuit, i.e. ex servorum, & libertorum corporibus obtexi, vitaque tum suam noctis & fugae pressa, non juris, iudiciorumque defendit. Meministi tum, iudices, corporibus civium Tiberim compleri, cloacas refecti, & foro & spongei effigi sanguinem, ut omnemstant illam copiam, & tam magnificum & paratum, non privatum, aut plebeium, sed patricium, & pratorum esse arbitrarentur. Nihil neque ante hoc tempus, neque hoc ipso turbulentissimo die crimini Sextium. Atqui vis in foro versa fata est. Certè, quando enim major? lapidations perspē vidimus: non a spē, sed nimium tamen spē gladiis: *eadem vero usum, tantos acervos corporum extructos, nisi forte illo Cinnano, atque Octaviano die, quis umquam in foro vidit, qua ex concertatione animorum? nam ex pertinacia, aut constantia intercessoris oritur spē sedatio, culpa, atque improbitate latoris, commodo aliquo imperitis, aut largitione proposito: oritur ex concertatione magistratum; oritur sensim ex clamore primum: deinde aliqua discussione concionis: vix, sero, & raro ad manus pervenit: nullo vero verbo facto, nulla concione advocata, & nulla ieiuc recitata conciata nocturnam seditionem quis audiuit?* An verissime est, ut civis Romanus, aut homo liber quisquam cum gladio in forum descendenter ante lucem, ne de mesferri pateretur, pateret eos, qui ab illo pestifero, ac perditio civi jampridem recipublica sanguine ligantur? Hic iam de ipso accusatore quoque, qui P. Sextium queritur

1. Ex reprecula entreda nitedula.] Ita Pal. pr̄ quart. quint. oct. nonus, quod ad primam vocem attinet, nam ultima per scripta eius fere sic edidit. & sic placuit Gulielmo, ut & spē specula, sic à rege fuit repreclus, qui videatur libro 1. Veritatem cap. 13. vulgariter repreclus, consulatus Hadriani Centuriat & Adagiis pro repreclusa sit etiam Priscianus h. 2.

2. Sed ex deserto Gavi Oleli horrees, salaria granis in Calatinis Attilis.] Sic prima editio, nisi quod ea at illis, quomodo item scripsi: qui preterea parum variantur prioribus, nam Pal. nonus habet, gavis illis & a calatis granis, &c. S. Vičt. gavis illis ex calatis gavis in, &c. Gombiāc. gavis illis, &a calatis granis, in calatinis at illis, &c. consulatus super huius loci emendatione Turnebus lib. xx, cap. 3, an fuit? Calavi iefili horres calatis granis, in Calatinis Attilis, ut fuerint inter familiares quibus cesserat Oſelli Calavi Campani horrum, cuius hominis memoriā I. v. libro ix. At Gavis ramenū est quidam P. Clodius canis, ad Act. eam libro vi E. Ita.

3. Et temperie reipub. permisimus.] Sic Pal. noster, sic S. Vičt. Aba-

la annotarat ad oram codicis sui, esse liberos in quibus legerent & tempore reipub. remisi, sed contentus sum lectione prope, que teat refract in edd. pr̄ mis. nam seqq. immisca copula, & temp. & spē pr̄mis.

4. Scer ad p̄dres abſtineat.] Gulielmus p̄t auctorem loqui de P. S. tunc ex parte generis: sed p̄dres mil.

5. Concilii de me agredi dies.] Scripti concilii pro volgato usq; nisi, agere concilium quid sit nemo ignorat. Lambinus tamen edidit, procul dubio a se, venit condens in consilio de me agendi dies.

6. Ac servis plerique ecerat, p̄ficiat. Fostianus queritur Gulielmo.

7. spongei effigi sanguinem.] Ita citat Servius ad lib. IIX. Aeneides: prodiditque Horatianus libro II. Observat. cap. 14. & firmavit fidem Etymologico lib. XII. cap. 6. Fulvius Vrbinus, publicatus paſsim sp̄di, confutatur & Cujacius lib. XIII. Observat. cap. 13.

8. Nella lege ritornata. J. Hauffe hanc vocem ē P. nono & Turingius enim debeat nobis restituta, e quaque loco Lambinus de conjectura subjecerat, premulgaat.

cheritur cum multitudine in tribunatu, & cum præsidio
signo fuisse: num illo die fuerit, certe certe non fait.
Victrix igitur est causa reipublicæ, & viæ, non auspiciis, non
intercessione, non suffragijs: sed vi, manu, ferro. nam si ob-
nuntias sit Fabricio z is prætor, qui se servasse de calo di-
xerat: accepisterat res publica plagam, sed eam, quam acce-
perat gemere posset. Si intercessisset collega Fabricio, lafisi-
set rem publicam, sed rem publicam jure lafisset. Gladiato-
res tu novitos, pro exspectatione adilitate suppositos cum fi-
cariis è carcere emissi: ante lucem immittas magistratus
templo de jicias? cædem maximam facias? & forum pur-
ges? & cum omnia vi, & armis ageris, accules eum, qui
le præsidio munierit, non ut te oppugnaret, sed ut vitam
suam posset defendere? Atqui ne ex eodeam quidem tem-
pore id egit Sextius, ut a suis munitis 5 ruto in foro tum
magistratum gereret, rem publicam administraret. Itaq; fie-
tus sanctitatem tribunatus, cum se non modò contra vim, &
ferrum, sed etiam & contra verba, atque interfactionem le-
gibus faciat esse armatum putaret: venit in templum Ca-
storis: obnuntiavit consuli: cum subito manus illa Clo-
diana, in excede civium sepe jam vicitrix, exclamat, incitatur,
invadit: inertem, atque imparatum tribunum alii gladiis
adioriuntur, alii fragmentis læptorum, & fustibus: quibus
hic, multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, &
contundito, se abjecit exanimatus: neque illa alia re-
ab se mortem, nisi opinione mortuæ depulit. quem cum jacen-
tem, & concicium plurimis vulneribus extremo spiritu ex-
fanguem, & contestum viderent: defatigatio magis, &
errore, quam misericordia, & modo aliquando cædere de-
stiterunt. Et causam dicit Sextius de vi? quid ita? quia vi-
vit. At id non sua culpa, plaga una illa extrema defuit: quæ
si accessisset, reliquum spiritum exhaustisset, accusa Lentiu-
dium: non percutiit locum: 7 maledicito Sabino, homini
Reatino, & cur tam tempori exclamarit occisum: ipsum
verò quid accusas? num defuit gladius? 7 num repugnavit?
num, ut gladiatoribus imperati solet, ferrum non recepit?
An hæc ipsa vi est, non posse emori? an illa, quod tribunus
plebis templum cruentavit? an, quod, cum esset ablatus,
primumq; 10 resipisset, non se referri jussit? ubi est crimen,
quod reprehenditis? Hic quaro, judices, si illi die gens ita
Clodia, quod facere voluit, effectisset: si P. Sextius, qui pro
occiso relictus est, occisus esset: fuit iste ad arma ituri?
fuit sine vos ad patrum illum animatum, majorumque virtu-
tum excitatur? fuit iste aliquando rem publicam à fu-
nicio latrone repetitius? an etiam tunc quiesceretis, cum
statim, timere, cum rem publicam à facinoribus illis
ficiari, & à levis esse 11 oppressum, atque occupatum vi-
deretis? Cujus igitur mortem ulcisceremini, siquæ dem
liberi esse, & habera rem publicam cogitaretis: de ejus virtu-
te viri quid vos loqui, quid sentire, quid cogitare, quid ju-
dicare oporteat dubitandum putatis? At vero illi ipsi par-
ticida, quorum effrenatus furor alius impunitam diutur-

na, adeo vim facinoris sui peribortuerant, ut si paullo longior opinio mortis Sextii fuisse, Gracchum illum autem, transferendi in nos criminis causa, occidere cogitarent. Sensit rusticulus non incautus, siveque enim homines nequam tacere potuerant) suum sanguinem queri ad restinguendam invidiam facinoris Clodiani; 12 mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romanum ad comitia venerat: meliora se corbe contexit. Cum quartarent alii 13. Numerum, alii Quinuum, genitus et orinus errore servatus est. Atque hoc fecitis omnes, utique adeo hominem in periculo fuisse, quod scitum sit Sextium vivere, quod nisi esset patefactum paulo citius, quam vellet: non illi quidem morte mercenarii sui transferre potuissent invidiam in quos putabant, sed acerbissimi frateris in famam gratias quadam sceleris miserentur. Ac, si tunc P. Sextius, judicis, in templo Castoris animatum, quam vix retinuit, edidisset: non dubito, quin, si modo esset in republica senatus, si majestas populi Romani revixisset, aliquid statua haec ob rem publicam intructo, in foro statueretur. Nec ver illorum quisquam, quos a magistris nostris, morte obita, postios in illo loco, atque in rotulis collecatos videntis, esset P. Sextio aut acerbitatem mortis, aut animo in rem publicam praeponendum: qui cum caufauit civis calamitatis, causam amici, causam bene de republica meriti, causam senatus, causam Italiz, causam reipublice suscepisse: cumque auspiciis, religioneque parentis, obvuntaret, quod senauerat: luce palam a nefatis pestibus in deorum, hominumque conspectu esse occisus, sanctissimo in templo, sanctissima in causa, sanctissimo in magistratu. Ejus igitur vitam quisquam spoliandam ornamenta esse dicit, cuius mortem ornandam monumento sempitero putaret? Homines, inquit, emisti, coegeristi, parasti: Quid uti faceret? senatum obliteret? civitas indemnatos expelleret? bona diriperet? aedes incenderet? tecta disturbaret? templorum innardantium inflammareret? tribunos plebis ferro et rostris expelleret? provincias, quas vellet, quibus vellet, venderet? reges appellaret? rerum capitalium condemnatos, in liberas civitates per legatos nostros reduceceret? principem civitatis ferro obfussum teneret? hac ut efficeret posset, qui fieri, nisi armis oppressa republica, nullo modo poterant, idcirco, credo, manum sibi P. Sextius, & copias comparavit. At nondum erat maturum: nondum res ipsa ad eum modi praesidia viros bonos compellebat: pulsis non eramus, non omnino ista manu sola, sed tamen non finis ista: 14. vos taciti miceredamini. Captum erat forum anno superiore, ade Castoris, tanquam arce aliqua, a fugitivis occupata: filebatur: omnia, hominum, cum egestate, tum audacia perditorum, clamore, concursu, vi, manu gerebantur: perferebantur, magistratus templis pellebantur: aliis omnino aditu, ac foro prohibebantur: nemo resistebat: gladiatores ex praetorii comitatu comprehensi, in senatum introducti, confessi, in vincula conjecti a Milone, 15. emisi

*L. Certe et rite usq; fuit.] Verbum ita geminatum reperitur in Pal. no-
no, in Gembl., in Etiurd. imo S. Victoris geminatum etiam habet pra-
cedens illa.*

2. Le prætor qui se servasse.] Vulgata, et tribunus p[ro]bie qui servasse. sed alterum est à Pal. nono & S. Vict.

^{3.} *Anselm immittas.*] Editi alii *inferum immittas*, sed voces ex non sunt in ms. illig. nostris.

4. Feram purger.] Nihil variant miss. supradicti: & potest intelligi de illo superiore, cap. 35. f. è furo sanguis effundi sanguinaria. videatur etiam Turnchus lib. x. cap. 3. P. Manutius malum sparser.

¶ Tunc in fere tuo magistratum.] Illud in sanctum ex S. Vict. & Pal. nomine vulgo tuo, quod nescio eur Galielminus mutet in sanctum suum summum, in quo dominaris, vocatur admodum energetice.

*G. Contra virga & iussi sacerdotem.] Recutui illud Turnebi, alludentibus Pal. nono & Gembl. in quo interfectionem. habebat id tamen aper-
ac liber S. Victoris. vulgo erat, interfectionem.*

7. Maledicito Sabino. Ita erat in S. Victoris exemplari; nec rece-
dit Palatinus, quām quod is *Sabinus*, dictum, ut Galli, Gracii, Latinis,
Appuleji.

^{8.} *Cat tam tempori exclamatis,] Auctores hujus emendationis Erfurd.*

Gemb. neque abeunt Pall. sex. quām quod iī, tempore, quod & in eadē prīcīs nam hūper natūrā temerit.

9. Non repugnat.] Haud sicut iudei libri omnes. posteriores, re-
pudiauit.

Primumque respusser.] Et hoc quoque est ab eisdem libris, expressum item P. Victorius. recentiores respusser.

IL Oppressam arię occupatam.] Habent quidem istud plerique Pall. sed nonus præsertoccidem, neque secus Gembl. aut S. Vict. Guliel-

12. Multenicam penitulam.] Servat istud Priscianus. nam nisi nostri,

malignant.

^{13.} Numerism.] Editio princeps Nomorum. Pall. plieque Numerum, nonus, Numerium; quomodo & Erfurd. Gerabl. quod fortan verius

esse tam heic quam infra cap. 43, ubi & idem libri & Pali nonus Numerum praeserunt.

14. *Uis iacti mirabonini.*] Inde forte, *mæstis* sum, alii ediderunt *mirabonini*, sed forte rescribendum cum Pdl. nono, cum Erfurd. cum

15. *Emissi & Servant.*] Haud aliter librorum eorum tria, non nisi, ut

ā Serrano, mentio nulla, forum corporibus civium Rom. constitutum exae nocturna, non modo nulla nova quæstio, sed etiam vetera judicia sublata, tribunum plebis plus virginis vulneribus acceptis jacentem, moribundumque videtis: altius tribuni plebis, divini hominis (dicam enim quod sentio, & quod mecum sentiunt ornes) divini, insigni quadam, inaudita, nova magnitudine animi, gravitate, inde prædicti, domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. Et tu hoc loco laudas Milonem, & jure laudas, quem enim unquam virum: tam immortalis virtute vidimus? qui, nullo prelio proposito, præter hoc, quod jam constituit, & contemtum putatur, *judicium bonorum*, omnia pericula, summos labores, gravissimas contentiones, iniustiasque suscepit? qui mihi unus ex omnibus civibus videatur te docuisse, non verbis, quid oportaret præstantissimi viris in republica fieri, & quid necesse esset: *OPORTERA* hominum audaciam, everorum reipublica sceleri, legibus, & judiciis resistere. si leges non valerent, judicia non essent, si res publica vi, consensuque audaciam, armis oppresa tenerevit: præsidio, & copiis defendi vitam, & libertatem necesse esse. Hoc sentire, prudentia est: facere, fortitudinis: & sentire verò, & facere, perseverare, cumulateque virtutis. Adiit ad rem publicam tribunus plebis, Milo: de cajus laude plura dicam, non quo aut ipse hæc dici, quam existimati malit: aut ego hunc laudis fructum presenti libenter imperiam, præserium cum verbis conlequi non possum: sed quod existimo, si Milonis causam accusatoris voce collaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sextii causam existimatus. Adiit igitur T. Annus ad causam reipublicæ, sicut cives patris recuperare vellet erupsum, complexa causa, confitans ratio, plena *confessio* omnium, plena concordia collegas adiutores habebat: consulis alterius summum studium, alterius animus penè placatus, de prætoribus unus alienus: senatus incredibilis voluntas: equitum Romanorum animi ad causam excitati, recta Italia, duo soli erant emiti ad impedientium: qui si homines despecti, & contemti, tantam rem sustinere non potuerint: se causam, quam sufficerat, nullo labore peracturum videbat, agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinem, agebat exemplo bonorum, & fortium civium: quid republica, quid se dignum esset, quis ipse esset, quid sperare, quid majoribus lais reddere deberet, diligentissime cogitaret. Huic gravitati hominis, videbat ille gladiator, se, si mortibus ageret, parem esse non posse: ad ferrum, ad facies, ad quotidiam crædem, incendia, rapinas, se cum exercitu suo contulit: dominum oppugnare, itineribus occurrere, vi lacestere, & terrere coepit. Non movit hominem summa gravitas, summaque constantia: sed quamquam dolor animi, innata libertas, prompta excellente virtus, fortissimum virum hortabantur, *vi vix oblatam*, præserim sapiens, ut frangeret, & refutaret: tanta moderatio fuit hominis, tantum confitum, ut contineret dolorem, neque eadem se reulciseretur qua esset lacesitus: fed illum tot jam funeris reipublicæ exultante, ac triplidianem, legem, si posset, laqueis constringeret. Descendit ad accusandum, quis unquam tam propria reipublica causa, nullis iniuriosis, nullis præmis, nulla hominum postulatione, aut etiam opinione, id umquam esse factum rem? fracti erant animi hominis, hoc enim accusante pri-
fili illius sui judicis turpitudinem desperabat. Ecce tibi

consul, prætor, tribunus plebis, nova novi generis edita proponunt: *N e r e s* adiit, ne citerur, ne queratur ut mentionem omnino cuiquam judicum, aut judiciorum facere licet. Quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus, vi celeratorum hominum corroborata, legibus, judicisque sublati? cervices tribunus plebis, privato, præstantissimus vir profigatissimo homini dare; in causam fusceptam affliget? an se domi contineret? Et vinci turpe putavit, & deterret, & etiam è rep. credidit, ut quoniam libi in illum *legibus* uti non licet, illius vim neque in Ilo, neque in reipublica periculo pertimesceret. Quomodo igitur hoc in genere præsidii comparata accusis Sextium, cum idem laudes Milonem? AN & Quid va testa defendit: qui ab aris, fotis, ferrum, flammamque depellit: qui sibi licere vult tutò esse in foro, in templo, in curia: qui vita præsidium comparat, qui vulneribus quæ ceris quotidie zoto corpore, movetus, ut aliquo præsidio, caput, & cervices, & jugulum, ac latera mitem, hunc de vi accusandum putas? Quis enim velutum judices, ignotat, ita naturam rerum tulisse, ut quodam tempore homines, nondum neque naturali, neque civili iure descripsi, suli per agros, ac dispersi vagarentur, tandemque haberent, quantum manu, ac viribus per cadem, ac vulnera aut eripere, aut retinere potuerint? Qui ignari primi virtute, & consilio præstanti existerunt, ii periegero genere humanæ docilitas, atque ingenii, & dissipatos, unum in locum congregarunt, eosque ex feritate illa justitiam, atque mansuetudinem transduxerunt. Tum res, ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quæ postea civitates nominatae sunt, tum domicilia conjuncta, quas urbem dicimus, invento & divino, & humano iure, in omnibus se puerunt. Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, & illam immanem, nihil tam interest, quam *jus*, atque *vir*. horum utro uti nolimus, altero est utendum. Vim volumus extingui? *jus* valeat necesse est, id est, *judicia*, quibus omne *jus* continetur. Judicia displicant, aut nulla sunt vi dominetur necesse est. Hæc vident omnes: Milo vidit, & fecit, ut *jus* experietur, vim depelleret. altero ut voluit, ut virtus audaciam vinceret: altero ulius necessario est, ne virtus ab audacia vinceretur. Eademque ratio fuit P. Sextii, si minus in accusando (neque enim per omnes fuit idem necesse fieri) at certe in necessitate defendendæ salutis sua, præsidioque contra vim, & manum comparando. O di immortales! quænam ostendisti extitum nobis? quam spem teip. datis? quosquisque inventi tanta virtute vir, qui optimam quamquæ causam recipi, amplectatur? qui bonis viris deserviat? qui quidam laudem, veranque querat? cum sciat, duo illa teip. penæ fata, Gabinium & Pisonem, alteum hauiisse quotidie expatiatis, atque opulentissimis Syria gazi innumerable pondus auris, bellum inferre quiescentibus. ut corum veteres, illibatasque divitias, in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat, viijam adficere in oculis omnium tantam, tegurum ut jam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat, quo fortissimum, ac sumnum civi in invadim homo castus, ac non cupido vocaret? alterum Thracibus, ac Dardanis primum pacem in maxima pecunia vendidisse? deinde, ut illi pecuniam confidere possent, vexandam his Macedoniam, & ipollandam tradidisse
cendem-

1. Tam immortali virtute vidimus.] Ejeci prædium, quod occupat certe-
ras edd. quoniam non compareret in Pal. nono aut S. Viči exemplari.

2. Recuperare vellet erupsum, simplex.] Et à conjectura Lambini, pro-
xime ē tamen vestigia S. Victoris, in quo, velle te ip. non simplex, ac vul-
garas velles respōsi, tam simplex. P. Manutius divinabat, recuperare vellet,
respōsi, ceterum, simplex.

3. Estiam è rep. credidit, ut.] Et istud quog; parte sui est à divinatione
Lamb. cum antea legeretur nullo bono sensu, etiam ipsi reficiunt, &c.

4. Disparater unum in locum, &c.] Sic plerique Pall. at nonus, dispa-
ter. Gembl. disparater, quod meritorum examinari.

5. Tum res ad communem utilitatem; quas, &c.] Secuti sumus veritas
numeris, item Pal. octauum, nonum, & S. Victoris ejusdo cito-
uentias, & adscito ad certe nullus Pall agnoscit grandem illam vocem,
quamvis defiruntur etiam prepositi in cula. Iolam tertius præfuit
Tum res proprii communam nūc dicitur, &c.

1. Qua

undemque bona creditorum , civium Romanorum , cum debitoribus Gracis divisisse cogere pecunias maximas à Dyrhachinis , spoliare Thebas , certam Achæas in annos singulos pecuniam imperaviisse : neque tamen ullo in publico , aut religioso loco , signum , aut tabulam , aut ornamen- tum reliquiss . Hoc si illudere , quibus omne lapplicium , atque omnis iure optimo pena debetur ? reos esse hos duos , quos videtis ? omitto jam Numerum , Sera- num , & illum , quisquilius seditionis Clodianus : sed tamen hi quoque etiam nunc voltant , ut videtis : nec , dum vos de vobis aliquid timebitis , illi umquam de fœtum elcent . Nam quid ego de ædile ipso loquar , qui etiam diem dixit , & accusavit de vi Milouem ? neque hic tamen ulla umquam injuria adducatur , ut eum tali virtute , tantaque fieriitate animi se in tempore publicum fuisse ponerat ! sed , qui hac vident , adolescentes , quoniam suas mentes conferent ? ille , qui monumenta publica , qui ædes sacras , qui domos ini- micorum suorum oppugnavit , excidit , incendit , qui sti- patus semper sicarii , sæptus armatis , munitus indicibus fuit , quorum hodie copia redundant , qui & peregrinam manum facinororum concitavit , & seruos ad eadem idoneos emit , & in tribunatu carcerem tonum in forum effudit : volitat ædilis : accusat eum , qui aliqua ex parte ejus furem exultantem reprehens . hic , qui se est tutatus sic , ut in privata re deos penates suos , in republica para tri- bunaliter , aufpiciaque defenderet : accusare eum moderatè , à quo ipse nefariè accusatur , per senatus auctoritatem non est situs . Nimirum hoc illud est , quod de me potissimum tu in accusatione quæsiisti , quæ etlet nostra natio optima- tum . sic enim dixisti . Reas quæris præclaram juventuti ad discendum , nec mihi difficilem ad perdocendum de qua pauca , judices dicam : & ut arbitror , nec ab utilitate eorum , qui audient , nec ab officio nostro , nec ab ipsa causa P. Sextii abhortebit oratio mea . Duos genera semper in hac civitate fuerunt eorum , qui versari in republica , at- que in ea se excellentius gerere studuerunt : quibus ex ge- neribus alteri se populari , alteri opumatei , & haberi , & esse voluerunt . Qui ea , qua faciebant , quoque dicebant , mul- titudini jucunda esse volebant , populares : qui autem ita se gerebant , ut sua consilia optimo cuique probarent , opti- mates habebantur . 1 Quis ergo iste optimus quique ? de numero si quæris , innumerabiles . neque enim aliter stare possemus . ut principes consiliū publici : sunt , qui eorum festam sequuntur : sunt maximorum ordinum homines , quibus patet curia : sunt municipales , rustici que Romani : 2 sunt negotia gerentes ; sunt etiam libertini optimates , numerus , ut dixi , hujus generis , latè , & variè diffusus est : sed genus universum (ut tollatur error) brevi circumcribi , & definiti potest . Omnes OPTIMATES sunt , qui neque nocentes sunt , nec natura improbi , nec furiosi , nec malis domesticis impediti . Esto igitur , ut hi sint , (quam tu na- tionem appellasti) qui qui integri sunt , & fani , & bene de rebus domesticis constituti , horum qui voluntati , com- modis , opinioni in gubernanda republica servint , defen- sores optimatum , ipsique optimates gravissimi , & clari- ssimi cives numerantur , & principes civitatis . Quid est igitur propositum his recip . gubernatoribus , quod intueri , & quo cursum suum dirigere debeant ? id quod est præstan- tissimum , maximeque optabile omnibus sanis , & bonis , & beatis , CVM DIGNITATE OTIVM . Hoc qui volunt , omnes optimates : qui efficiunt , summi viri , & conserva-

tores civitatis putantur, neque enim rerum gerendae dignitate homines efferi ita convenit: ut otio non prespiciant: neque ullum amplexari otium, quod abhortat a dignitate. Hujus autem otioe dignitatis lacus abundanter sunt, haec membra, quæ uenda principibus, & vel capititis periculo defendenda sunt: religiones, auspicia, potestates magistratum, senatus auctoritas, leges, mos majorum, iudicia, iurisdictio, fides, provincia, socii, imperii laus, res militaris, ararium. Harum rerum tot, atque tantarum esse defensionem, & patronum, magni animi est, magni ingenii, magnaque constantia. Etenim in tanto ciuium numero inagna multitudine est eorum, qui aut propter metum pana, peccatorum suorum consciæ, novos motus, conventionemque rei publica querant, aut qui propter insitum quendam animi sursum, discordis ciuium, ac seditione pascantur: aut qui, propter implicationem rei familiae, communi incendio malint, quam suo deflagrare, qui cum auctores sunt, & duces suorum studiorum, vitorumque naçt, in rei publica scilicet excitantur: ut vigilandum sit iis, qui sibi gubernacula parrix depoposcerunt: enitendumque omni scientia, ac diligentia, ut conservaris his, qua ego paulo ante fundamenta ac membra esse dixi, teneare cursum possint, & capere oī illū portū, & dignitatis. Hanc ego viam judices, si aut asperam, aut ardoram, aut plenam esse periculorum, aut insidiarum negem, mentiar: præsertim cum id non modo intellexerim semper, sed etiam prater ceteros senserim. Majoribus præsidis, & copiis oppugnatur rei publica, quām defenditur, propterea quod audaces homines, & perditi, nra impelluntur: & ipsi etiam spem sua contra remp. incitantur: boni nescio quomodo tardiores sint, & principiis rerum negligētis, ad extreum ipſa denique necessitate excitantur: ita ut nonnamquam cunctatione, ac tarditate, dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, ipsi urruaque amittant. Propugnatores autem reip. qui esse voluerunt, si leviores sunt, deficitur: si timidores, defunt: permanent illi soli, atque omnia reip. causa perferunt, qui sunt tales, qualis pater tuus, M. Scaure, fuit, qui à Graecho ⁴ usque ad Q. Varium seditionis omnibus restituit: quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit: aut qualis Q. Metellus, patruus matris tuæ: qui cum florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum censor norasset, eumque insutum Gracchum contra vim multitudinis incitatus censu prohibuerat: cumque in eam legem, quam non jure rogatam judicarat, jurare unus noluisset; de civitate maluit, quām de sententia dimoverit: aut, ut vetera exempla, quorum est copia digna hujus imperii gloria, relinquam: neve eorum aliquem, qui vivunt, nominem: qualis nuper Q. Catulus fuit, quem neque periculi tempeſtas, neque honoris aura potuit umquam de suo custi, aut spe, aut me tu demovere. Haec imitamini, per deos immortaleis, quā dignitatem, qui laudem, qui gloriam queritis, haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia: haec fama celebrantur, monumentis annalium mandantur: posteritati propagantur. Est labor: non nego, pericula magna: fateor.

Multa infidia sum bonis: verissime dictum est, Sed, si id, quod multis inuidant, multique exspectant, Insita sit, inquit, postulare: sed si labore summa cum cura efforas Nullum. Idem alio loco dixit, quod exciperent improbi cives, Oderint, dum metuant. Praeclara enim illa præcepta dederat jumenti: sed tam hæc via, hac ratio rei publice caepesset,

¶ Quis ergo iste optimus quisque de numeris, &c.] Restitui lectionem antiquatam; cui accedit Pal. nonus & S. Victoris postea excusi. *Quis ergo optimus iste? quis de numeris, at Lambinus fixit.* *¶ Quid ergo isti optimi qui in infuside respicie enim ad proxime precedentes, usi sunt ex filia optimi cuique praeterirent; rogataque eo quis sit iste optimus quisque?*

*Sunt negotia gerentur.] Lambinus recepit negotii, & ita Pal. pr. fec.
quatt. octavus, & sic, si bene memini, locatus pro Quinto.*

3. Clarissimi eis est numeratio.] Vulgo summantur, sed contra omnes

Palatinos mestizos

4. Usque ad Q. Varian.) Exhibit istud, prater libros Lambini; Erford. Gembl. nec abit S. Vict. nisi quod is; Quarum, vulgata habet & Marium.

*S. Si tu laborebas, Pal. nonus sissem laborem. S. Vicit si tuus laborebas. Gal-
helimus tentabas, si tuus lab. Versu quoque praecedenti, ubi legimus
hadic, Iustitia si, habet Gembl. est, quod & in Pal. nono; sed is tamen
praeterea praestit Iustitiam.*

da olim erat magis pertimescenda, cum multis in rebus multitudinis studium ad populi commodum ab utilitate reipublice discrepabat. Tabellaria lex ab L. Casso ferebatur. Populus libertatem agi putabat suam, dissentiebant principes, & in salute optimatum, temeritatem multitudinis, & tabella licentiam pertimescebant. Agrariam Ti. Gracchus legem ferebat, grata erat populo. fortuna constitui tenuiorum videbantur, nitebantur contra optimates, quod ea discordiam excitari videbant: & cum locupletes possessoribus diuturni moverentur, spoliati tempore publicam propaginoribus arbitrabantur. Frumentarium legem C. Gracchus ferebat. jucunda res plebi Romanae. victus enim suppeditabatur largè sine labore. repugnabant boni, quod & ab industria plebem ad desidiam avocari putabant, & arari non exhausturi videbatur. Multa etiam nostra memoria, que consulto præterea, fuerunt in ea contentione, ut popularis cupiditas a consilio principum dissideret. Nunc jam nihil est, quod populus à delectis, principibusque dissentientibus; nec flagrat rem ullam, neque novarum rerum est cupidus, & otio suo, & dignitate optimi cuiusque, & universa reipubl gloria delectatur. Itaque homines feditio, ac turbulentia, quia nulla iam largitione populum Rom. concitat, quod pleros perfusa gravissimis seditionibus, ac discordijs, omnes malle videbatur, conductus habent conciones: neque id agunt, ut ea dicant, aut ferant, quæ illi velint audire, qui in concione sunt: sed præto, ac mercede persicunt, ut, quidquid dicant, id illi velle audiare videbantur. Num vos exultatis, Gracchos, aut Saturninum, aut quemquam illorum veterum, qui populares habebantur, ullum unquam in concione habuisse conductum? nemo habuit. ipsa enim largitio, & spes comodi propositi, sine mercede ulla multititudinem concitabat. Itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graves, & honestos homines, sed populi iudicis atque omni significazione florebant. his in theatro plaudebatur. hi suffragii, quod contenderant, conseqebantur. horum homines nomina, orationem, vultum, incolum amabant. Qui autem advertabant ei genera, graves, & magni homines habebantur: sed valebant in fennu multum, apud bonos viros plurimum: multitudini jucundi non erant: suffragis offendebatur sive eorum voluntas: plaustrum verò etiam si quis corum aliquando accepérat, ne quid peccasset, pertimelcebat. At tam, si qua res erat major, idem ille populus, horum auctoritate maxime commovebatur. Nunc, nisi me fallit, in eo statu civitas est, ut, si operas conductorum removeris, omnes idem de republica sensuri esse videantur. Etenim tribus locis significari, maxime populi Romani iudicium, ac voluntas potest, concio, comitii, ludorum, gladiatoriisque consilii.

^{2.} In quo populi Romi, conscientia perspicere posset.] Lambinus autem exclamavit, quod negationem: sed in unius, & contra omnes libros.

^{2.} Et in altera tribus. Vulgo alia, sed nostrum restat non, Erford, ac Gembl.

^{3.} Ab iditarum divitiis.] Probè explicat Victorius libro XXI. Var.

cem populo Rom. exhibuit. hujus oratio & pergravis, & grata concioni fuit. sic contendit, numquam neque leni- fuisse maiorem. Quo silentio sunt audiri de me ceteri principes civitatis? quos idcirco non appello hoc loco, ne me oratio, si minus de aliquo dixeris, ingrata: si satis de omni bus infinita esse videatur. Cedò nunc ejusdem illius nimici mei de me eodem ad verum populum in campo Manio, concionem. Quis non modò approbat, sed non indignissimum facinus putavit, illum non dicam loqui, sed vivere, ac spirare? quis fuit, qui non ejus voce maculata tempore publicam: seque, si eum audiret, sceleri adduci arbitratur? Venio ad comitia five magistratu[m] placet, five legum. Leges videmus sive ferti multas, omitto eas, quæ feruntur ita, vix ut quini, & hi ex aliis tribus, qui suffragium ferant, reperiantur. De me, quem tyrannum, atque creptorem libertatis esse dicebat, in illa una reipublica dixit se legem tulisse. Quis est, qui se cum contra me ferebat, insile suffragium confiteatur? cum autem de me eodem ex senatusconsulto, communeturialis, ferebatur, quis est, qui non profiteatur le suis, & suffragium de salute mea tulisse? Ultra igitur usq[ue] populari debet videri: in qua omnes honestates ciuium, omnes iustitiae, omnes ordines una consentiunt? an in qua Furia concitat, tanquam ad funus reip[ublicae] convolant? An, sicubi aderit Gellius; homo & fratre indignus, viro clarissimo, atque optimo consule, & ordine equestri, cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit: id est popolare? est enim homo iste populo Romano dedicatus? Nihil vidi magis, qui cum ejus adolescentia in amplissima honoribus summi viri, L. Philippi, vitrici, florete potuisset, usque eo non fuit popularis, ut bona fides comedet, deinde ex impuro adolescentie, & perculante, postquam tem paternam ab idiotarum divitiis ad philophorum regulam perduxit: Graculum se atque otiosum putauit, studio litterarum se subito dedidit. ⁴ Nihil lanea juvabant, anagnosta, libelli etiam pro vino sive opprobriantur: mangabat infatibile abdomen, copia dicens, itaque semper verfabatur in ipse rerum novarum otio, & tranquilitate reipublica confenseret. Ecce feditio unquam fuit, in qua non ille princeps? equites, & equitissimus, cui ille non familiaris? ecce turbulenta concio, cuius ille non concitator? cui bene dixit unquam bono bene dixit? immo, quem fortem, & bonum ciuem non perculanssem est intellecturus? qui, ut credo, non libidinis causa, sed ut populicola videretur, libertinam duxi usorem. Is de me suffragium tulit, is affuit, is interfuit epulis, & gratulationibus participidaram, in quo tamen est me ultus, cum illo ore inimicos est meos saviius, qui, quasi mea culpa bona perdidit, ita ob eam ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet. Utrum ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu comedisti? quid? tu meo periculo, gurges, ac vorago patrimonii, helvibat? ut, si ego consul tempore publicam contrarie, & gregarie tuos defendissem, in civitate esse me nolles? te nemo tuorum videvult: omnes aditum, sermonem, congressum tuum fuigunt: te fororis filius Postumus, adolescentis gravis, senili judicio, notavit, cum in magno numero tutorem liberis non insinuit. Sed elatus odio, & meo, & reipublice nomine, quorum ille utri sit inimicior, nescio. plura dixi, quam dicendum fuit, in futiosissimum, atque egentissimum geneonem. Illic revertor: contra me cum sit actum, capta urbe atque oppresa, Gellium, Firmidium, Tisium, ejusdem

lect. cap. 6.

^{4.} Nobilis autem iuria juvabant.] Haud alterius liber S. Victoris ac Gembl. nam Pal. non aut vulgo erat à te juvabatur. nostram probat explicat Victorius libro XXII. cap. 17. Vincentius Contarens libro Variis, tentabat assentias,

1. Autem

Eisdem modi Furias, illis mercenariis gregibus duces, & auctores fuisse, cum ipse lator nihil ab horum turpitudine, audacia, crudelitate abhorret. At, cum de dignitate mea ferebatur: nemo sibi nec validinis excusationem, nec senectutis, satis justam putavit. nemo fuit, qui se non tempore, necum filium revocare in suas sedes arbitraretur. Videamus nunc comitia magistratum. Fuit collegium numerum tribunorum, in quo tres minimè, vehementer duo populares extitunt. ex his, qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarum concionum consistendī potestas non erat, dux à populo Rom. prætoris video esse factos: & quantum sermonibus vulgi, & suffragiis intelligere potui p̄r le populus Rom. ferebat, libi illum in tribunatu C. Domitii animum constantem, & egregium, & Q. Anchallii fidem, ac fortitudinem, etiam si nihil agere potuissent, tamen voluntate ipsa gratum fuisse. Jam de C. Fannio qua sit existimatio, videmus: quod judicium populi Rom. in honoribus ejus futurum sit, nemini dubium esse debet. Quid? populares illi duo quid egerunt? alter, qui tamen le continuerat, tulerat nihil: senserat tantum de republica aliud, atque homines expetabant, vir & bonus, & innocens, & bonis viris semper probatus: quod parū videlicet intellexit in tribunato, quid vero populo probaretur, & quod illum esse populum Rom. qui in concione erat, arbitrabatur, non tenuit eum locum, in quem, nisi populatis esse voluisset, facilius pervenisset. alter qui ita se in populati ratione jactarat, ut auspicio, legem Aliam, senatus auctoritatem, consulem, collegas, bonorum judicium, nihil putaret, adilitatem petivit cum bonis viris, & hominibus primis, sed non præstantissimis opibus, & gratia: tribum suam non tulit: Palatinam denique per quam omnes ille pettes vexare populum Rom. dicebantur, perdidit: nec quidquam illis comitis, quod boni viri vellent, nisi repulsam, tulit. Videtis igitur, populum ipsum, ut ita dicam, jam non esse popularem: qui ita vehementer eos, qui populares habentur, respuit: eos autem, qui ei generi adveruantur, honore dignissimos judicet. Veniam ad ludos. Facit enim, iudices, vester in me 1 animorum, oculorumque coniectus, ut mihi iam licere putem remissiore uti genere dicendi. Comitorum, & concionum significationes, interdum vera sunt, nonnumquam *vixit*, atque corrupta: theatrales, gladiatoriique confessus, dicuntur omnino solere, levitate nonnullorum, emos plausus & exileis, & raro excitare. attamen facile est, cum id sit, quemadmodum, & à quibus fiat, & quid integra multitudo faciat, videte. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi civium maximè *applaudatur*? neminem vestrum fallit, sit hoc sanè leve: quod non ita est, quoniam optimo cuiq; impertitur: sed, si est leve, homini gravi leve est: ei verò, qui pendet à rebus levissimi: qui rumore, & (ut ipsi loquantur) favore populi tenetur, & ducitur: plausum, immortalitatem: sibilum, mortem vident necesse est. Ex te igitur, Scaure, potissimum quārō, qui ludos apparatissimos, magnificientissimosque fecisti, equis istorum popularium tuos ludos adspexit: equis se theatro, populoq; Roman. commiserit. Ipse ille maximè ludius, non solum spectator, sed actor, & aeroama: qui omnia sororis embolia novit: qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur: nec tuos ludos adspexit in illo ardentí tribunatu suo, nec ullis alios, nisi eos, à quibus vix vivus effugit. Semel, inquam, se ludis homo popularis commitit omnino, cùm 2 in templo Honoris Virtutis, honos habitus effet virtuti,

C. quæ Marii conservatoris hujus imperii monumentum, municipiū eius, & reipublicæ defensori sedem ad salutem praebuisset. Quo quidem tempore, quid populus Romanus lentire se ostenderit, utroque in genere declaratum est: primò, cùm, auditio S. C. ore ipsi, atque absenti senati plausus est sibi universis datus: deinde, cùm senatoribus singulis spectatum est senatu redeuntibus. Cùm verò ipse, qui ludos faciebat, contul assedit: stantes, & manibus plenis, gratias agentes, & lacrymantes gaudio, suam erga me benivolentiam, ac misericordiam declararunt. At, cùm ille furibundus, incitata illa sua vecordi mente, venisset: vix se populus Romanus tenuit: vix homines odium suum à corpore ejus impuro, atque infando repellerunt, voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt. Sed quid ego populi Rom. animum, virtutemque commemoro, libertatem jam ex diuturna servitute respicientis in eo homine, cui tum perenti jam adilitatem ne histrionis quidem coram sedenti perciperent? Nam cum ageretur Togata, Simulans, ut opinor, caterva tota, clausissima concionatione in ore impuri hominis imminentis concionata est. 3 *Huius vita tua* -- & *Pessimis principia*, atque *exitus viva vita*! sedebat examinatus: & is, qui ante antrum convicio conciones celebrare suas solebat cantorum ipsorum vocibus ejiciebatur. Et, quoniam facta mentio est iudiciorum, ne illud quidem pretermittam, in magna varietate sententiarum, numquam ullum fuisse locum in quo aliquid à poëta dictum, cadere in *tempus nostrum* videbatur, quod aut populum universum fugeret, aut non exprimeret ipse actor. Et, quæso, hoc loco, iudices, ne qua me levitate ductum ad insulatum genus dicendi labi putetis, si de poëtis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar. Non sum tam ignarus, iudices, causarum non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem acuper, & omneis undique flosculos carpar, atque delibem. scio, quid gravitas vestra, quid hæc advocatione, quid illi convenitus, quid dignitas P. Sextii, quid periculi magnitudo, quid artas, quid honos meus postulet. Sed mihi sumi hoc loco doctrinam quandam juventutis, qui essent optimates, in ea explicanda demonstrandum est, non esse populareis omneis eos, qui putentur. Id facilimè consequar, si universi populi judicium verum, & incorruptum, & si intimos sensus civitatis expressero. Quid fuit illud, quod, recenti nuntio de illo S. C. quod factum est in templo Virtutis, ad ludos, secundum perlato, confessus maximo, fumus artifex, & mehercule semper partium in republica, tanquam in scena, optimum, fiens, & recenti latititia, & misto dolore, ac desiderio mei, egit aperte multo gravioribus verbis meam causam, quām egomet de me agere potuissim? summi enim poëtæ ingenium non solum artesua, sed etiam dolore exprimebat. 4 *Quid enim? qui rem publicam certo animo adspicit, statuerit, statuerit cura Achivis.* Vobiscum me retinisse dicebat, vestros ordines demonstrabat, reocabatur ab universis. , Re dubia, nec dubitari vitam offere, nec capiti pepercit. Hæc quantis ab illo clamoribus agebantur? cùm jam, omisso gestu verbis poëta, & studio actoris, & exspicationi nostræ plauderetur?

5. *Suum amicum, summum in bello.* (nam illud ipsi actor adjungebat amico animo: & fortassis homines propter aliquod desiderium approbabant) *summum ingenio præsum.* Tum illa, quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula sunt acta? *O pater!* Me, me ille absentem, ut patrem deplorandum putarat;

M. M. 2 quæcum

1. *Auctiōrum scelerumque cunctiōe.*] Ita exemplar S. Victoris, accedit que Pal. nonus, in quo, certe, vulgata erat.

2. *In templo Henrie Virtutis, honor habuisse.* &c.] Sic Erfurd. & Gemblac, nam Pal. nonus, in templo Henrie honor hab. S. Vi. Et in templo vicinie beneplacit hanc hab. vulgo erat, in templo Virtutis honor habuisse.

3. *Huius vita tua, &c. Post principia, &c.*] Gembl. *Huius Tite, & tua post principia, Pal. nonus: Huius tua, & tua postpr. S. Vi. Et Huius vita tua postprincipia.*

4. *Quid enim? qui rem publicam certo animo adspicit, statuerit, statuerit cura Achivis.*] Non aliter Gembl. Erfurd. S. Vi. & Pal. nonus, nolim tam adspicere locum jam perlanatum.

quem Qu. Carulus, quem multi alii sive in senatu patrem patria nominarant. Quanto cum fietum de illis nostris incendiis, ac ruinis, cum patrem pulsum, patriam afflictam deploret, domum incensam, eversamque? sic egit, ut demonstrata pristina fortuna, cum se convertisset, „Hec omnia vidi inflavim: fletum etiam inimicis, atque invidis excitat. Pro, dñ immortales! quid? illa quemadmodum dixit idem? qua mihi quidem ita & acta, & scripta videntur esse, ut vel à Catulo, si revixisset, praclarè posse dici viderentur, is enim liberè reprehendere, & accusare populi nonnumquam temeritatem solebat, aut exercitum senatus: „O ingratis Agrivi, inanes Graji, immores beneficii! Non erat illud quidem verum, non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem à quo acceptant, non licet: nec unus in quemquam unquam gratior, quam in me universi, sed tamen illud scriptif dicitissimus poëta pro me: egit fortissimus actor, non solum optimus, de me, cùm omnes ordines, demonstraret, senatum, equites Rom. universum populum Rom. accusaret: „Exsulare finis, sis in pelli, pulsam patimini. Quæcum significavit omnium, quæ declaratio voluntatis ab universo populo Romano in causa hominis non popularis, equidem audiebamus: exigitim facilius possunt, qui adfuerunt. Et, quoniam me hoc provexit oratio, histrio causum meum toutes collacryavit, cum ita dolenter ageret causam meam, ut vox ejus illa præclara, lacrymis impeditur, neque poëta, quorum ego semper ingenui dilexi, tempore meo defuerunt: eaque populus Romanus non solum plausu, sed etiam, gemitu suo comprobavit. Utrum igitur hæc Asopum potius pro me, aut Accium dicere oportuit, si populus Roman. liber eset, an principes civitatis? Nominatum sum appellatus in Bruto, „Tullius, qui libertatem civibus stabilitverat, milles revocatum est. Parumne videbatur populum Romanum judicare, id à me, & à senatu esse constitutum, quod perditi cives sublatum per nos criminabantur? Maximum vero populi Romani judicium universo confessus gladiatorio declaratum est, erat enim munus Scipionis, dignum & eo ipso, & illo Qu. Metello, cui dabatur. Id autem spectaculi genus erat, quod omni frequentia, atque omni genere hominum celebratur: quo multitudine maximè delebat. In hunc confessum P. Sextius tribunos pleb. cum ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit, & se populo dedit, non plausus cupiditate, sed ut ipsi inimici nostri voluntatem universi populi viderent, venit, ut scitis, ad columnam Meniam. tantus est ex omnibus spectaculis usque à Capitolo, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut numquam major consensio, aut apertior populi Rom. in universi fuisse illa in causa diceretur. Ubi erant tum illi concionum moderatores, legum domini, civium expulsores? alius est aliquis improbus civibus peculariis populus, cui nos offensi, iniquis fuerimus? Evidem ex istino, nullum tempus esse frequentioris populi, quam illud gladiatorium: neque concionis ullius, neque vero allocum comitiorum. Hæc igitur innumerabilis hominum multitudo, hac populi Romani tanta significatio, sine ulla varietate universi, cum illis ipsis diebus de me actum iri putator, quid declaravit, nisi optimorum civium salutem, & dignitatem, populo Rom. caram esse universum? At vero & ille tribunus pleb. qui de me, non patris, avi, proavi, majorum denique suorum omnium, sed Gracilorum instituto, concionem interrogare solebat, Vellete me redire: &c, cum erat reclamatum feminis mercenariorum vocibus; populum Roman. negare: dicebat: is, cum quoti-

die gladiatores spectaret, i numquam est conspectus, cum veniret, emergebat subito, cum sub tabulis subreptis, ut: „Mater te appello -- disturba videretur. Itaque illa via latroba, qua spectatum illa veniebat, Appia jamocabatur, qui tamen, quoquo tempore conspectus erat, non modò gladiatores, sed equi ipsi gladiatorum repensis subtilis extimebant. Viderisne igitur, quantum inter populum Rom. & concionem interfit? dominos concionum omni odio populi notari? quibus autem consistere in operarii concionibus non licet, eos omni populi Rom. dignificatione decorari? Tu mihi etiam M. Attilius Regulus commemoras, qui redire ipse Karthaginem sua voluntate ad supplicium, quam sine iis captivis, a quibus ad senatum missus erat, Rome manere maluerit? & mihi negas opendum redditum fuisse per familias comparatas, & homines armatos. Vim scilicet ego desideravi, qui, dum vis fuit, nihil egī, & quem, si vis non fuisset, nulla res labefactare potuisset. Hunc ego redditum repudiarem, qui ita fontes fuit, ut vescar, ne quis me studio gloriæ putet cecinisse, ut ita redire? Quem enim unquam senatus aveat, nisi me, nationibus exteris commendavit? cuius unquam propter salutem, nisi meam, senatus publicè locis populi Rom. gratias egit, de me uno P. C. decreverunt, yr. Q. PROVINCIAS cum imperio obtinerent, qui quatuor, genitiae essent, salutem, & vitam meam custodirent. In una mea causa post Romanam conditam factum est, ut litteris consulariibus ex senatusconsulto, cuncta ex Italia, omnes, qui remp. salvam vellent, convocarentur. Quod numquam senatus in universa reip. periculo decrevit, id non unius mei salute conservanda, decernendum putava. Quem curia magis requisivit? quem forum luxit? quemque ipsa tribunala desideraverunt? Omnia discissi meo deserta, horrida, muta, plena luctus, & mororis fuerunt. Quis est Italiz locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis, studium salutis meæ, testimonium dignitatis? Nam quid ego illa de me divina senatusconsultia commorem? vel quod in templo Jovis optimi maximi fissa est, cum viris, qui tripartitus orbis terrarum oras, atque regiones tribus triumphis adjunctas huic imperio notavi, de scripto sententia dicta, mihi uni testimonium patris conservata dedit: cuius sententiam ita frequentissimum senatus secutus est, ut unus dissentiret hostis: idque ipsum tabulis publicis mandata retur, ad memoriam posteri temporis sempiternam vel quod est postdictum decretum in curia populi ipsius Rom. & corum, qui ex municipiis convenient, admonitus, ne quis de celo seruaret? ne quis mortuum ullam afferret? si quis alter fecisset, cum plane eversorem reip. fore, idque senatum gravissime laturum: & ut statim de eius facto referetur? Quia gravitate sua, cum frequens senatus nonnullorum scelus, audacia mox tardasset; tamen illud addidit, & si dñe vs quinque, quibus agi de me potuisset, non esset actum, redire in patiam, dignitate omni recuperata. Decrevit eodem tempore senatus, ut illi, qui ex tota Italia salutis meæ causa convernent, agerent gratias: atque ut iidem ad res redentes, ut ventent, rogarentur. Hæc erat studiorum in mea salute contentio: ut illi, qui à senatu de me rogabantur, iidem senatus pro me supplicant. Atque ita in his rebus unus est solus inventus, qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palam disserit, ut etiam Q. Metellus consul, qui mihi vel maxime ex magnis contentioneibus reipub. fuisset inimicus, de mea salute retulerit. Qui excitatus à summa cum auctoritate, P. Servilius quadam gravitate dicendi, cum ille omnis propè ab inferis evocasset Metellos, & ad illius genem, quod

1. Numquam est conspectus, cum veniret. P. nonus repetit, unquam.

2. Si diebus quinque quibus? P. idem dicitur à quibus & neque alter Gembl. & videtur verum, is scilicet pro me degeneravit id primum in quadruplici, deinde in quinque paulo ante ex illaten miss. & §. Vi. Victoris

1. Non dicitur.

2. Summa cum auctoritate P. Servilius quadam. Nihil recedat ab his scriptura libri nostri, itaque non ausus sum sequi Lambkinum, qui nesciit conjectancum P. Manuscrip.

Quod sibi cum eo commune esset, dignitatem, propinquui fui mentem à Clodianis latrociniis reflexisset: cumq; eum ad domelici exempli memoriam, & ad unum dicto citius Metelli casum vel gloriofum, vel gravem convertisset: collacrymavit, ut vir egregius, ac vere Metellus, totumque se p. Servilio dicenti etiam tum tradidit: nec illam divinam gravitatem, plenam antiquitat, diutius homo ejusdem sanguinis potuit sustinere, & mecum absens beneficio reddit in gratiam. Quod certe, si est aliqui sensus in morte præclarorum virorum, cum omnibus Metellis, tum vero uni viro fortissimo, & præstantissimo civi, gravissimum, fratri suo, fecit, socio laborum, periculorum, consiliorum meorum. Reditus vero meus qui fuerit, quis ignorat? quemadmodum mihi advenient tanguam rotius Italiæ, atque ipsius patræ dexteram porrexerint Brundisi; cum ipsis nonis Sext. idem dies adventus mei fuisset, reditusque, natalis idem carissima filia (quam ex gravissimo tum primum desiderio, luctuose confixi) idem etiam ipius z colonia Brundisina; idemque salutis, cumque me domus eadem optimorum, & doctissimorum virorum, Lenii Flacci & patris, & fratri eius latissima accepisset, qua proximo anno morens receperat, & suo præsidio, pericloque defenserat? cumque iuncte toto urbes Italiæ se fere dies agere adventus mei videbantur? viz multitudine legatorum, undique missorum celebrabantur? ad urbem accessus incredibili hominum multitudine, & gratulatione florebat? iter à porta, in Capitolium adscensus, dominus reditus erat ejusmodi, ut summa in latitia illud dolorem, civitatem tam grata, tam miseram, atque oppressam fuisse? Habet igitur, quod ex me quæsisti, qui es optimates, non est natus, ut dixisti: quod ego verbum agnovi: est enim illius, à quo uno maximè p. Sextius se oppugnari videt, hominis eius, qui hanc nationem detteri, & concidi cupivit: qui C. Caesar, mitem hominem, & à cæde abhorrentem, sepe increpuit, sepe accusavit, cum affirmaret, illum numquam, dum hæc natio viveret, sine cura futurum. nihil profecit de universis: de me agere non destitit: me oppugnavit primum per indicem Vettium, quem in concione de me, & de clarissimis viris interrogavit, in quo tamen eos civiles conjunxit eodem periculo, & crimine, ut à me inierit gratiam, quod me cum amplissimis, & fortissimis viris congregate. Sed postea mihi, nullo meo merito, nisi quod bonis placere cupiebam, omnes est inuidias sceleratissime machinatus. Ille ad eos, à quibus audiebatur, quotidie aliquid defecti affectabat: ille hominem mihi amicissimum, Cn. Pompejum, monebat, ut meam domum metueret, atque à me ipso caveret: ille se sic cum inimico meo copularat, ut illum max proscriptio[n]is, quam adjuvavat Sex. Clodius, homo iis dignissimus, quibuscum vivit, tabulam esse, se scriptorem diceret: ille unus ordinis nostræ discipulus meo, luctu vestro palam exultavit, de quo ego, cùm quotidie rueret, verbum feci, judices, numquam: neque putavi, cùm omnibus machinis, ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnare, de uno sagittario me queri convenire. 3 Acta mea habi ait displace, quis nescit? qui legem eam contemnat, qui dilucide vetat, gladiatores biennio, quo quis petierit, aut petitus sit, dare? In quo eius temeritatem fatis mirari, judices, non queo. facit apertissime contra legem: facit is, qui neque elabi ex judicio jucunditate sua, neque

mea iki displace, &c. Fide eorundem librorum statim etiam addidi particularia eas, editis prius omissem.

4. *Ailes Proscriptores.*] Consule Lipsium lib. II. Saturn. sermonum cap. 11.

5. Nonne quem habitura fructuosa perimescit? Melius istud longe; ex Erfurdi, ac Gemblitensi. S. Vict. ac Pal. nono, quam vulgarum sermonis non habituosa sit excludit non perimescit?

6. *Actianum.*] Pal. nonus, Gembl. S. Vict. *Anselmum*, attendat Cricicus.

7. Et ab his affectata negligatur.] Exprimere istud anius tum, sustentator victoriate codd. Pal. nono, S. Vict. ac Gemblacensis, & que enim temeraria illa scriptio in tot libris.

optimatum principes, auctores, & conservatores civitatis. Huic hominum generi fateor, ut antea dixi, multos adversarios, inimicos, invidos esse, multa proponi pericula, & multas inferri injurias, magnas esse experiundos & subeundos labores: sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum defidia: cum dignitate, non cum volugrati cum iis, qui se patriæ, qui suis civibus, qui laudi, qui gloria, non qui somno, & conviviis, & delectationi natos arbitrantur. Nam, si qui voluptatibus ducuntur, & se virtutum illecebris, & cupiditatim lenocinis dediderunt: missos faciant honores; ne attingant rempublicam patientur viros fortes labore, se otio suo perfici. Qui autem bonam famam bonorum, quæ sola verò gloria nominari potest, ex petunt, alii otium quære debent, & voluptates, non sibi. Sudaendum est his pro communibus commodis, ad eundem inimicitia, subeundam sapientiam pro republica tempestates: cum multis audacibus, improbis, nonnumquam etiam potentibus, dñm candum. Hæc audivimus de clarissimorum virorum consiliis, & factis: hæc accepimus, hæc legimus, neque eos in laude positos videmus, qui incitarent aliquando populianos ad editionem, aut qui largitione cœarunt mentes imperitorum, aut qui fortes, & claros viros, & bene de republica meritos in invidiam aliquam vocaverunt. Leveis hos semper nostri homines, & audaceis, & malis, & perniciosis civeis putaverunt. At verò qui horum impetus, & conatus representerunt: qui auctoritate, qui fide, qui constantia, qui magnitudine animi, consilii audacium resisterunt: ii graves, ii principes, ii duces, & ii auctores hujus ordinis & dignitatis, atque imperii semper habiti sunt. Ac, ne quis ex nostro, aut aliquorum præterea casu hanc vita viam pertimescat: unus in hac civitate, quem quidem ego possim dicere, præclare vir de repub. meritus, L. Opimius, indignissimi concidit: cuius monumentum celeberrimum in foro, sepulchrum defertissimum in litore Dyrachino reliquit est. Atque hunc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi, semper ipse populus Rom. periculo liberavit. alia quædam cives egregium iniqui judicij procelia pervertit. certi verò aut repentina vi perculsi, ac tempestate populari, per populum tamen ipsum recreas sunt, atque revocatis: aut omnino invulnerati, inviolatique vixerunt. At verò si, qui senatus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta majorum neglexerunt, & imperiæ, aut concitata multitudini jucundi esse voluerunt: omnes ferè reipublica penas aut presenti morte, aut turpi exilio dependent. Quod si apud Atheniensis, homines Græcos, longè à nostrorum hominum gravitate disjunctos, non deerant qui rempublicam contra populi temeritatem defendenter, cum omnes, qui ita fecerant, è civitate ejicerant: si Thessaliam illum, conservatorem patriæ, non deterruerat repub. defendenda nec Miltiadis calamitas, qui illam civitatem paulò antea servarat; nec Ariolidis fuga, qui unius omnium justissimum fuisse traditur: si postea summi ejusdem civitatis viri, quos nominatim appellari non est necesse, propositis tot exemplis iracundia, levitatisque popularis, tamen suam temp. illam defendenter: quid nos tandem facere debemus, primum in ea civitate nati, unde orta mili gravitas, & magnitudo animi videtur? tum in tanta gloria insisteremus, ut omnia humana leviora videri debeat? deinde, ad eam repub. tuendam aggressi, quæ tanta dignitate est, ut eam defendantem occidere non aliud sit, quam oppugnare, rerum potiri? Homines Græci, quos antea nominavimus, inique à suis civibus damnati, atque

expulsi, tamen, quia bene sunt de suis civitatibus meriti, tanta hodie gloria sunt, non in Gracia solum, sed etiam apud nos, atque in cetetis terris, ut eos, a quibus illi oppressi sunt, nemo nominet: horum calamitatem dominationis, illorum omnes anteponant. Quis Karthaginensem pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus getti: qui unus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio, & de gloria decerat? hunc si cives è civitate decerunt: nos etiam hostem litteris nostris, & memoria ei deimus esse celebratum. Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, & milios, innumerabiles alios, qui hanc rempublicam stabiliaverunt: quos equidem in deum immortalium coetu, ac numero, repono amemus patram, pareamus senatui, consulamus bonis; præsentis fuctus negligamus, & posteritis gloria serviamus: id esse optimum putemus, quod erit rectissimum: speremus qua volumus, sed quod acciderit, feramus: cogitemus denique, corpvs virorum fortium, magnorumque hominum, esse mortale: animi vero motus, & virtutis gloriam, temporam: neque hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus, cuius corpore ambito, vitam eius, & virtutem immortalitas exceperit dicitur, ministris istissimum, eos, qui hanc tantam rempublicam suis consiliis, aut laboribus auxerint, aut defendent, aut fervent, esse immortalem gloriam consecutos. Sed me repentem, judices, de fortissimum, & clarissimum civium dignitate, & gloria dicentem, & plura etiam dicere parant, horum adspectus in ipso custu orationis reprehèrunt. Vide P. Sextium, mea salutis, vestra auctoritatis, publice causa defensorem, propugnatorem, auctorem, & reum: video hunc prætextatum ejus filium oculis lacrymantibus me intuentem: video Milonem, vindicem vestra libertatis, custodem salutis meæ, subdinium affictæ reipublicæ, extinctorem domesti latrocinii, repressorem cadi quotidiana, defensorem templorum, atq; teatrorum, praesidiorum curie; sordidatum & reum: video P. Lentulum, cuius propter, deum, ac parentem ita quo fortuna, ac nomina mei, & fratris, retinumque nostrarum, in hoc misero iugulo, & sordibus, cui superior annus idem & virilem, patis, & prætextam, populi judicio, togam dederit, hunc hoc anno in hac toga, rogationis injustissime subitam acerbatem pro parte fortissimo, & clarissimo cive deprecantem. Atque hic tot, & talium squalor, hic luctus, ha' fortes, suscepimus propter unum me, quia me defendent, qui meum casum, lucrumque doluerunt, quia me lugenti patriæ, flagitanti senatu, poventi Italiz, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me scelus? quid tanto perè deliqui illo die, cum ad vos indicata, littera, confessiones communis exiti detulit? cum patui vobis? At, si scelestum est amare patriam, s' pertuli pœnam fratris: everla domus est, fortuna vexata, dissipati liberi, rapita conjux, frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito, maximo in qualore volutus est, ad pedes inimicissimorum: ego pulsus aris, foci, dispenitus, distractus a meis, carui patria, quam ut levissime dicam, j'cenè texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infiduum, fraudem invidorum. Si hoc non est sat, quod haec omnia delecta videntur redditum meo: multo mili, multo, inquam, judices, præstat, in eandem illam recidere fortunam, quam tantam importare meis defensoribus, & conservatoriis calamitatem. An ego in hac urbe esse possim, his pulsis, qui n' e' hujus urbis compotem fecerunt? non ero.

3. Multas inferri injurias.) Palli, idem & S. Vict. iuridicas, quod non Hernan.

2. Li auctores hujus ordinis & dignitatis, &c.) Binas voculas adjecti fide editionum vescerunt, item P. I. omnium, excepto nono, in quo, utræcumque vulgatis, li auctores hujus dignitatis; quodque ideo Galicium mutato copiebat in exsistente.

3. Peccataria serviamus.) Præstat istud longe publicato, p. f. ritus & gloria, ex hac autem in Pall. nono, in S. Victor. in Gemblac.

4. Immortalales gloriam confessores.) Sie malum, cum editione V. Florii, cum

Pal. pr. Iec., nono, quam confituntur ex quodahis etiam per placet.

5. Pertuli pœnam fratris.) Recitui lecti oneris pœnam: nam Lambrianæ edd. pertuli, pœnam fratris; contra omnes n'st. nostris.

non potero esse, judices, neque hic umquam puer, qui his lacrymis, qua sit pietate, declarat, amissio patre suo propter me, me ipsum incolorem videbit: nec, quotiescumque me viderit, ingemiscet, ac pectem suam, & patris sui, teneat, dicit videre. Ego vero vos in omni fortuna, quæcumque erit oblata, complestar: nec me ab iis, quos meo nomine ferdidatos videtis, umquam ulla fortuna divellet, neque ex nationes, quibus me senatus commendavit, quibus me gratias egit, hunc exsulem propter me sine me vide-

bunt. Sed hæc dii immortales, qui me suis templis advenientem receperunt, stipatum ab his virtutis, & P. Lentulo consule, atque ipsa republica, qua nihil est sanctius, vetera potestati, judices, commiserunt. vos hoc judicio omnium honorum auctoritate confirmare, improbotum reprimere potestis: vos his civibus uti optimis, vos me reficer, & renovare rempub. Quare vos obtestor, atque obsecro, ut, si me salvum esse voluisitis, eos conservetis, per quos me recuperavistis.

^{1.} Et P. Lentulo Consule, &c. Editio istud à Pal. non. & libro S. Victoris, incepit meo iudicio antea excusum, & P. Lentulus consul, &c.

^{2.} Et renovare rempub.) Resecui, potestis, revocatum male è linea precedentibus, idque suauis supradictorum exemplarum.

M. TULLIVS CICERO IN VATINIVM. ORATIO TRICESIMA TERTIA.

SYNOPSIS.

Quæstio, an Vatinio testi ad versus P. Sextum fidem adhibenda? Cicero, fidem adhibendam ut impurissime & multis modis corrupso, negat. Acta eodem anno quo superior.

Si tua tantummodo, Vatini, quid indignitas postularet, spectare voluisse, fecissem id, quod his vehementer placebat, ut te, cuius testimonium, propter tuipitudinem vite, fordei; domesticas, nullius momentum putaret, tacitus dimitterem. nemo enim horum sicut ita te refutandum, ut gravem adveritum, aut ita rogandum, ut religiosum testimoniū, arbitrabatur, sed fui paullo in te intemperanter fortasse, quam debui, odio enim tui, in quo, eti omnis propter tuum in me scelus, superare debebo; tamen, ab omnibus pœnè vincor, sic sum incitatus, ut, cum te non minus contemnerem, quam odissem, tamen vexatum potius, quam despiciunt, vellem dimittere. Quare, ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirere, quod interrogem, quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo civitate, nemo luce dignum putet: nulla me ad id causa impulsi: nisi ut ferocioriam tuam istam compimerem, & audaciam frangrem, & loquacitatem paucissimis interrogationibus irretinam retardarem. Etenim debuisti, Vatini, etiam si falso venisses in suspicionem P. Sextio, tamen mihi ignoscere, si in tanto hominis de me optimè meriti perculo, & tēpori ejus, & voluntati parere voluisse. 3 Sed hesterno pro testimonio esse mentitum, cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem non modò de Sextio accusando, sed nulla numquam de re fuisse; paulo ante imprudens indicasti: qui & T. Claudium tecum communicasti, & te consilium P. Sextii accusandi petisse, & Albinovanum, quem ante via bibi notum esse dixisse, domum tuam venisse, multa tecum locutum dixeris: denique conaciones P. Sextii scripas, quas neque nosset, neque reperire posset, te Albinovano dedisse, & easque in hujus iudicio esse recitatas. In quorum sitero es confessus, à te accusato esse instructos, & subornatos: in altero inconstantiam

tuum cum levitate, tum etiam perfidio implicatam refelliisti: cum, quem alienissimum à te esse dixisset, eum domi tuus fuisse: quem prævaricatorem ab initio judicasses, ei te, quos rogasset, ad accusandum libros dixeris dedisse. Nimium es vehemens, ferociorque natura, non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non jucundum, & honorificum ad aureis tuas accidat, venisti iratus omnibus: quod ego, simulacra adspexi, prius quam loqui ceepisti, cum antè Gelilius, matricula seditionis omnium, testimoniū dicere, sensi, atq; providi, repente enim te, tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus, intulisti: ut tuus renovatus, & ille tuus in te ** veterem meum amicum, sed tamen tuum familiarem defendenterim, cum in hac civitate oppugnatio soleat, qua tu nunc uteris, nonnumquam, defensio numquam vituperari. Sed quæro à te, cur C. Cornelium non defendenterim, num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit: num Aelianum, num Fusiam legem neglexerit: num consuli vim attulerit: num armatis hominibus, templum tenerit: num intercessorem vi dejecerit: num religiones polluerit: ararium exhaeredit: tempublicam compilari. Tua sunt, tua sunt hæc omnia. Coenelio ejusmodi nihil obiectum est. Codicem legisse dicebatur, defendebatur, testibus collegis suis, non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Constatbat tamen, Cornelium concilium illo die dimisisse, intercessioni paruisse. Tu vero, cui Cornelii defensio displaceat, quam causam ad patronos tuos, aut quod os afferes? quibus jam præserbis, quanto illis probro futurum sit, si te defenderint, cum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis obiciendam putaris. Attamen hoc, Vatini, memento paulo post istam defensionem meam, quam tu bonis viris dispuicuisse dicas, me cum universi populi Romani summa voluntate, tu m' optimi cuiusque singulari studio, magnificissime post hominum me-

M m 4 motiam

cias examineris. neque enim ita temere dissident libri veteres.

3. Hesterno praefestiente, &c. Lambinus alia adhibet, non necessarioq; si sumamus hesterno pro heri.

4. Enque in hujus iudicio est, &c. Sic Erford. & Pal. nonus; non paulo evolutius quam vulgatum in huc iudicio.

5. Ille puto in te ** veterem amicum, &c. Turnebus heic in ms. vacantem vidit totam paginam, iacque merito insignitur locus asterisco.

L. Nag